



NOB II

NOB I







jesus christ nous rapporte dans sa sainte doctrine
 p^{re} une parabole, savoir, qm^{nt} l'aborveur semant son blé
 une partie de la semence tomba hors du champs, d'ou
 le chemin, et quand il fut foulée aux pieds,
 ou mangée par les oiseaux; de même aussi les ministres
 du seigneur ont beau prêcher la doctrine de jésus christ à
 son peuple; elle ne fructifie que dans un très petit
 nombre parceque peu de ceux qui écoutent la parbole
 de dieu occupent à la mettre en pratique mais
 au contraire ils tachent par leur peu de ferveur et par
 le foible desir qu'ils ont à se nourrir de cette sainte
 semence ils tachent d'assez plutot à se couvrir un jouché
 léger, pour se charger de celui de leurs mechantes
 inclinations et ~~les~~ passions vicieuses et des hordonnées
 et combien le ~~jour~~ jour qui vous à fait naître à
 été déplorable pour vous
 prêcheurs impenitents ouvrages de dieu si peu
 reconnoissants et si peu dociles à la sainte parbole,
 la gonde parbole est celle de la semence qui tombe sur
 la pierre et ne trouvant pas une profondeur de terre
 leva bientôt et seche lorsque le soleil commence à darder
 ses rayons odurte de peur o stupidité o aveuglement qui
 est felonie en projets en propos mais qui n'est pas sans
 profonds et sinceres tombent par euxmêmes et nous laissons
 vides et depourvus de tout bien esorte que ce qui
 avoit été semé en nous seche et devient aride parceque
 nous sommes durs et indélébiles comme un marbre le plus
 dur il n'est rien qui soit une bonne terre qui produise avec

abondance charon selon lontalent et la force antiquitnow
et dit a la troisieme parabole, lun est homicide lautre insulte
lautre avare, lautre injur, lautre irreligie, lautre tiede,
lautre pharisen, lautre manicheens, lun emporté lautre
intemperant lautre oisif et gracieux, lautre ambitieux et
superbe lautre delateur et blasphemateur antiquel que
tous viciens en est il peu qui produisent le froment
pur et sans levain de malice non est qui faciat bonum ~~nisi~~ est usque ad unum dit
le roi David

NOBILISSIMOS JUVENES
IN CORTIE GIO RECIJO
SCHOLIANO TOLOSANO
TOLOSE RIMARJO ET
ACADEMICO
PHILOSOPHIAE SUMMA
PRAELETTA

31



AD

NOBILISSIMOS JUVENES
IN COLLEGIO REGIO
SQUILLANO TOLOSANO
TOLOSÆ PRIMARIO ET
ACADEMICO
PHILOSOPHIÆ ALUMNO^S

• PRÆFA TIO •

pandit ecce vobis nobilissimi adolescentes, vobis ecce
sublimes sui templi fores philosophia pandit, Scientiarum
regina, literarum mater artium, amica Sapientie,
veritatis magistra.
quam grandia hoc in augustissimo templo, quam

admiranda rerum Spectacula vestris se se oculis offerunt; quā latē
patet metimini colos et terras; ortum et occasum, septentrionem
meridiemque lustrare; alterum in emispherium cogitationes convertile;
intima perre viscera animis scrutamini, ibique opes huc usque
inreptas contemplari non pigrat; peragamini maria cum littoribus
suis, cum promontoriis, cum portubus; nondum philosophi templi
limites attigistis.

ibī, ibī, vobis licebit, dilectissimi juvenes, immensum volitare per
aerā, Salmono que feliciorib[us] jouis fulmen impunē tractare.
poteritis ex aere domo sacra signa subripere, nec dabitis
Promethei pēnas, ad tonitru[m] regionem accedetis horrendis
ignibus fatam quin pallitis ignibus ullis absui; concendetis
curvum solis, nec alterum hūc spero fietis, post phætonem
temeritatis. ibi longo ordine videbitis, non horœs, non duces, non

principes, sed plusquam horœs, duces et principes, gallos,
eugenios, carthesios, neotonas, clarissimas illa mundi lumina;
qui vos movendis hortoniū leges componerit qui colorum

naturam investigare, quid dissonas manitare voces, qui dies
noctesque finire, qui fugaces horas remediari, qui astrorum cursus
docebunt dirigere: vobis illi prudenterib[us] icavis, seu alteri
dediti, non disjungendas pēnas accommodabunt, quibus librati
vasto vos naturæ colo credere tuto valeatis. quod florentissimas
urbes, quod celebres academias, quod palæstras mirabilissimi
nobiles, quo philosophie accurrent ad genua hujus certant

honorem avis imponere; quo spectaculo quid pulchrius, quid magnificientius;

sue quidem amabilissimi candidati, suo templum ille obumbrant tenebrae: sed tenebras paululum discentiat rationis nostra leve crepusculum; dumque tandem oriatur sol quidam lucidus, qui diem pulchriorem parat, prorius nobis erit baculus experientia, in hac verum cœitate ambulantibus. ergo agite selectissimi squillane philosophie alumni, ferte citi animas, date studiorum;

philosophicum scandite templum; tolbam in qua datur turridum philosophicum emetiri, considerate; sumite spiritus collegio tolare primario dignos, idque semper habete in philosophie studio prosciptionem, virtutem amare, vitium odisse et ab hujus saculi impietate recessuere:

Sit procul impietas; se se spectacula pandunt quam jucunda iis tam metuenda malis.

UALETE INGENIOSISSIMI
DISCIPULI ESTE SAPIENTES ET
VIVITE.....

4.

CURSUS PHILOSOPHICUS

AD

SCHOLARUM USUM ACCOMMODATUS

ELEMENTA PRAAMBULA DE DEFINITIONE

definitio est oratio aliquid explicans; ^{per} et enumeratio praecipuarum
idearum simplicium quibus constat una idea composita, ad
determinandam vel explicandam istius naturam aut characterem
vulgo illa distinguitur duplex, definitio nominis et definitio rei.
Definitio nominis est oratio explicans vel determinans vim vocis,
quia determinat aliquam vocem ad aliquo ^{significandum} dum astronomus
dicit taurum voco constellationem qua. Sequitur arielem
definitio rei est oratio explicans naturam rei, ut dum dico, corpus
est substantia extensa.

hinc primo definitio nominis differt a definitione rei, in eo quod
prima sit arbitraria; non enim explicat naturam rei, sed
tantum designat quid velimus intelligi tali vel tali voce; ac
proinde negari non potest. at vero definitio rei non est
arbitraria. quare? quia explicat rei naturam ut est in se quod
non pendet ab arbitrio nostro; ac proinde potest esse falsa debet
que probari antequam admittatur.

hinc secundo definitio est quidem oratio, sed non propositio;
verbi gratia definitio nominis sunt iste duo voces, animal

. 5 .

rationale, non vero hoc propositio, homo est animal rationale.
 hinc tertio, alia est definitio adaequata sic propriè dicta, alia
inadæquata seu impropriè dicta. prior definit naturam rei,
 per attributa essentialia, ut cum definitio logicam, artem
ratiocinandi. Secunda ~~definitio~~ rem secundum aliquam tantum
 faciem seu aliquem respectum, verbi ḡ. secundum causam vel
 secundum finem, vel secundum accidentiam, vel secundum
 quoddam circumstantias aut signo, quales sunt iste definitiones.
logica est instrumentum aliarum scientiarum.
homo est animal admirativum, virtutis et doctrine capax sagax
 providum rex istius universi...
homo est creatura producta a deo ad ipsius imaginem propter
 beatitudinem eternam consequendam

DE

REGULIS DEFINITIONIS

regulae definitionis sunt tres.

prima ut definitio constet genere proximo et propria differentia
 (genus est attributum commune multis rebus, differentia vero
 est attributum designans discrimen quod est inter duas res).
 unde non valet ista definitio,

homo est substantia implusus,
substantia est genus nimis remotum, implusus non est differentia
 propria, seu attributum quod sit proprium homini, et distinguat
 hominem ab omni alia re
 definitio igitur debet exprimere rem per genus proximum, id est
 per id quod ea res habet minus commune cum ceteris rebus:
 deinde per differentiam propriam, id est per id quod sit proprium rei

Definitio.

hinc definitio debet convenire omni et soli definito. Si non conveniret omni definito, illa non constaret genere, si non conveniret soli definito, illa non constaret differentiam propriam. Secunda ut definitio sit clavio re definita quia debet elucidare rem adhuc observam.

Tertia ut definitio sit brevis, id est, ut nihil superflui habeat, sicut et nihil quod sit mancum, ne aut nimia prolixitate confusione pariat, aut brevitate nimia obscuritatem.

DE DIVISIONE.

Divisio, quae est distributio totius in suas partes, duplex memoratur, alia nominis, alia rei; prior distinguit significationem vocis ambigua et equivoca in sua significata, ut si dicas: canis est vel animal vel sedis unde in tractandis scientiis, divisio nominis debet procedere definitionem rei, iuxta istud axioma logicum equivoca prius sunt dividenda quam definienda. posterior est distributio totius in suas partes.

DE**VARIIS SPECIEBUS TOTIUS.**

primo totum dividitur in totum per se, quod constat ex partibus naturaliter ordinatis ad constituantem ejus essentiam. Sic homo est totum per se: in totum per accidens quod constat partibus completis, seu propriam existentiam habentibus, seu quarum qualibet unum est totum per se, ut cumulus lapidum.

Secundo totum aliud est potestiale, seu metaphysicum, aliud actuale seu physicum.

illud habet partes sub se, seu subjectivas, ut idea universalis

quo convenit singulis inferioribus ejusdem speciei. istud habet partes in se seu partes ex quibus componitur actualiter sic homo est totum actuale, dum consideratur ut constans anima et corpore. Sic corpus humanum est totum actuale constans ex capite pectore brachii, et aliis membris; idque proprie dicitur totum

² tertio totum dividitur in essentiale, cuius partes ita sunt essentiales seu necessariae ut una tolli non possit sine destructione totius. Sic anima et corpus sunt partes essentiales hominis.

² hinc in integrale quod habet partes integrantes; partes autem integrantes sunt illae que non quidem requiriuntur ad essentiam totius, sed ad ejus perfectionem seu integratatem. Sic manus potest abscondi quin destruatur corpus humanum. unde manus est pars integrans corporis humani quod est quoque totum integrale.

² quarto totum aliud est homogeneum seu cuius partes sunt ejusdem naturae ac totum. Sic aqua est totum homogeneum, quia omnes guttae sunt ejusdem naturae ac totum.

aliud est heterogeneum, seu cuius partes sunt diverse naturae. Sic corpus humanum est totum heterogeneum quia constat carne nervis et ossibus; que omnia sunt diverse naturae.

DE.

REGULIS DIVISIONIS.

quatuor sunt divisionis regulae principuae.

² prima est ut membra dividentia simul sumpta adequant totum, alioquin divisio non foret integra, ut divisio bruti innutabile et variabile, quicquid alia sunt bruta que neque natant neque volant. Secunda ut membra dividentia se se excludant; id est, unum non ita debet includi in alio, ut quod dicitur de uno possit quoque dici

de altero. Sic ⁱⁿ ista divisione animalis in hominem, brutum, et
piscem, pisces ita continetur in bruto, ut pisces possit dici bruto,
et aliquod bruto possit dici pisces.

L nunc vide an numerus dividit queat imparem ~~for~~ et imparem.
tertia ut membra dividentia sint immediata, id est nihil
interveniat inter divisum et membra dividentia. contraguam
legem peccat ista divisio corporis: corpus est vel humanum,
vel cellulatum, vel inanimatum. Divisio facienda erat isto
modo; corpus est vel animatum vel inanimatum; animatum
autem est vel humanum vel cellulatum. quarta, ut
membra dividentia singulariter sumpta sint minora toto
diviso. hanc legem male spernit divisio animalis, in Sentiens
et rationale nam Sentiens tam late patet quam animalis.

DE

DISTINCTINE EJUSQUE SPECIEBUS.

Distinctio seu negatio identitatis, seu id per quod unum non
est aliud, triplex habetur nempe

Distinctio realis major, quo intercedit inter duas substantias,
verbi quod inter mentem et corpus, quo possunt separatim
existere; eaque est adequata vel inadæquata: ista fit inter
totum et ejus partem, ut inter petrum et animam petri; illa
fit inter unum totum et inter totum alterum.

Distinctio modalis seu realis minor, quo est inter rem et modum,
vel inter duos modos ejusdem rei; verbi quod inter corpus et ejus
figuram, inter figuram et duritatem ejusdem corporis.
Distinctio rationis, seu illa quam mens nostra fingit inter

9

Substantiam et aliquod eius attributum verbi q. inter spiritum et cogitationem. Signum hujus distinctionis est cum non possumus habere ideam distinctam alicuius rei, quin habeamus ideam illius attributi quod per mentem separamus, quia continetur in illius conceptu.

d distinctionis rationis dividitur in distinctiones rationis ratiocinatores et rationis ratiocinantes.

prior fit cum fundamento, scilicet propter diversos respectus, vel effectus rei, verbi q. quamvis omnia dei attributa sint realiter unum, quia quidquid est in deo deus est, ea tamen distinguimus ratione ratiocinatae, ut misericordiam ab iustitia distinguimus.

posterior fit sine fundamento, sed tantum pro libito nostra mentis, ideo separantis, abstractiventer, multiplicantibus: talis est distinctionis inter hominem et humanitatem.

COROLLARIUM

hinc datur discriminus inter separationem, qua est negatio unitatis; et duplex est reciprocitas et non reciprocitas. prima reperitur inter substantias, secunda inter substantiam et eius modum contingentem. corpus et anima distinguuntur, quamvis non separantur in homine.

Diversitatem, seu negationem similitudinis

divisionem, qua est separatio duarum rerum sive sint diverso nature sive ejusdem.

Similitudinem, qua est convenientia duarum aut plurium entium in eorum attributis, seu partibus componentibus. duplex est essentialis, et contingens. essentialis est entium convenientia in attributis essentialibus: contingens est entium convenientia in

attributis contingentibus. sic duo homines docti sunt similes
contingenter quatenus conveniunt in doctrina, quo est ipsis
contingens.

identitatem quo sumitur modo pro similitudine, modo pro
indistinctione. namque idem significat modo simile, ut cum
dicatur unus nummus aureus idem est cum alio nummo
aureo: modo significat quid indistinctum, ut ubi dico;
alexander magnus et ~~Alexander~~ philippi, ~~Alexander~~ sunt

CURSUS PHILOSOPHICI DIVISIO GENERALIS.

philosophiam qualem tradere fert animus, in quinque
dividimus partes, in logicam, mathesim, physicam, metaphysicam,
et moralem.

prima mentis humanae ratiocinia disponit, regit, emendat;
secunda quantitatem metiri docet: tercia effectuum naturalium
caudas exquirit: quarta spiritualium rerum naturam
considerat: quinta in tradendis morum regulis tota versatur.

CURSUS PHILOSOPHICI

PRIMA pars

de LOGICA

mens vel percipit, vel judicat, vel ratiocinatur, vel
ratiocinia disponit, ut ex iis unum totum exurgat. hinc

omnes mentis operationes revocari quorunt ad perceptionem,
judicium, ratiocinationem, et methodum. itaque logicam in
duas sectiones distribuemus: prima erit de ratiocinio, secunda
de ceteris mentis operationibus, quatenus ipso refferventur ad
ratiocinium.

Sectio prima.

De ratiocinio.

quidquid de argumentandi forma et legibus vos expedit,
tribus omnino lectionibus completemur, quarum prima ageret
de propositionis natura variisque speciebus, secunda de
sillogismi natura et regulis, tercia de ceteris argumentationis
speciebus.

LECTIO PRIMA. PROPOSITIO DE NATURA VARIIIS QUE SPECIEBUS. DEFINITIONES. DEFINITIO PRIMA.

idea est objecti representatio in mente, sine affirmatione aut
negatione. Sic cum menti mea representatur imago solis, si
tunc de sole nihil affirmem aut negem, dicoy habere ideam
solis. . . . unde objectum idea est illud omne quod menti
representatur.

DEFINITIO SECUNDA.

mensus potest sibi unica idea representare, vel unicum et singulare

objectum, verbi q. Ludovicum et tunc idea dicatur singularis; vel aliquod singulare seu individuum indeterminatum. verbi q. aliquem tolosatem, quoddam christianos; et tunc idea est particularis; vel omnia simul objecta ejusdem speciei, verbi q. omnes tolosates, omnes gallos, omnes philosophos; et tunc idea appellatur universalis (individuum autem est id quod non potest dividiri in plura, vel diu de pluribus.)

DEFFINITIO TERTIA.

terminus est quodcumque nomen quo utinam ad exprimendam ideam: vocatur terminus, tum quia nomina terminant hinc inde propositionem, tum quia exprimunt idearum objecta, quae sunt quasi termini cogitationis nostre. Dixi nomina, nam ex octo partibus orationis, quae a grammatis recedentur, solum nomen dicitur terminus, quicquid solum nomen institutum est ad significandum objectum ideo: verbum vero institutum ad significandam affirmationem alio autem partes orationis referuntur ad nomen aut ad verbum.

DEFFINITIO QUARTA

cum plures ideas affirmando conjungimus aut negando separamus, dicimus judicare. Sic conjungendo ideam spiritualitatis cum idea animae, judico animam non esse extensam spiritualis, vel Separando ideam extensionis ab idea animae, judico animam non esse extensam unde judicium est affirmatio aut negatio unius de alio facta in mente.

Sed si iudicium erunt ieiuniora aut manifestetur verbis, tunc dicitur propositio.

quo circa lectionis hujus tria erunt capita, quorum primum propositionis naturam, secundum propositionum proprietates, et varias etiam propositionum species explicandas suscipiet.

CAPUT PRIMUM.

NATURA ^{DE} PROPOSITIONIS.

propositio est oratio enuntians affirmationem aut negationem unius de alio. Sic ista propositio, deus est justus, enuntiat affirm; ista vero deus non est mortalis, enuntiat negationem. hinc ex definitione colligitur, in qualibet propositione tria requiri, subjectum attributum seu praedicatum et copulam. Subjectum est terminus de quo aliquid affirmatur aut negatur: attributum est terminus qui praedicatur seu affirmatur aut negatur de subjecto. Copula est nota iudicari seu vox conjungens aut separans subjectum et attributum. Sic in isto exemplo deus est justus, deus est subjectum, justus praedicat... est copula. ut que primo intuitu videas quodnam sit subjectum, quodnam sit attributum duas sequentes memor accipe regulas.

regula prima: ut quovad quid dicatur, et de quo dicatur. id de quo aliquid dicitur est subjectum: id vero quod dicitur de alio est attributum in ista propositione turpe est obsequi libidinibus. turpe est attributum, obsequi libidinibus vices gerit subjecti.

regula secunda.

ut verbum activum cum verbi regimine mutetur in passivum
verbi q. ista propositio debemus honorare reges, sic verbi debet
vegas sunt honorandi.

COVOLAXIUM PRIMUM.

in omni propositione supponere debet, subjectum, attributum,
et copulam; sive propositione unicā voce enuntiatur, ut scribo,
quasi dices ego sum sribens sive duabus enuntiatur
vocebus, ut ludovicus regnat, quasi dices ludovicus est regnans;
sive tribus aut pluribus verbis exprimatur, ut ego sum
christianus. ergo omnis propositione habet necessario hoc
tria praedita, saltem quoad sensum, si non quoad verba.

COVOLAXIUM SECUNDUM.

Hinc non omnis propositione est oratio; sed ea dumtaxat quo
enuntiat judicium. ergo questiones non sunt propositiones,
quia designant tantum suspensionem iudicii, non judicium.

COVOLAXIUM TERTIUM.

Hinc verbum quod est semper copula propositionis, cuique
principale est efficere propositionem, legitime definitur vox
significans affirmationem; ut jam diximus, nec umquam
ex se significat nisi affirmationem; cum negatio exprimatur
Semper per aliquam particulam negativam quo adiungitur
verbo ut non, vel per nomen includens talern particularm,
ut nullus, nemo. verbum autem duplex est, substantivum, et

adjectivum: Substantivum solum affirmationem significat, adjectivum affirmationi addit aliquod attributum. unde verba omnia sunt adiectiva, et unum dunt taxat substantia, unde nemp̄ sum, quod ipsummet est adjectivum, cum significat existentiam.

CAPUT SECUNDUM DE PROPOSITIONUM PRORIETATIBUS

proprietates alijus rei sunt attributa secundaria, que ex ejus attributo primario descendunt; porro propositionibus quarum primarium attributum est enuntiatio iudicii in mente facti, proprium est affirmare aut negare, vera esse aut falsas, se extendere ad plura aut pauciora inferiora, inter se pugnare, in se mutuo converti, Simplices esse aut compositas. itaque in hoc capite totidem instituimus articulos, quos sunt diverse propositionum proprietates; eunque sequemur ordinem, qui nobis videbitur magis idoneus ad insinuandam rerum intelligentiam.

ARTICULUS PRIMUS. DE UERITATE ET FALSITATE PROPOSITIONIS. DEFINITIONES. DEFINITIO PRIMA.

veritas propositionis est conformitas rei enuntiate cum re enuntianda

Seu conformitas affirmationis aut negationis cum objecto.
 tunc que propositio in affirmatione aut negatione est
conformis objecto, ac prouinde vera cum dicitur de aliquā re
 id quod ipsi convenit, seu cum enuntiat rem sicuti est. verbi
 q. deus est misericors.

DEFINITIO SECUNDA.

falsitas propositionis est disformitas affirmationis aut negationis
ab objecto. tunc que propositio in affirmatione aut negatione
 est disformis ab objecto, ac prouinde falsa, cum dicit de aliquā re
 id quod ipsi non convenit, seu cum enuntiat rem aliter ac est.
deus non est justus

DEFINITIO TERTIA.

objectum propositionis vera, est conjunction aut separatio attributi
cum subiecto pro ut res est in se.

PROPOSITIO.

omnis propositio logica, vera est aut falsa.
 probatur. nam omnis propositio logica, vel dicit de re id
 quod ipsi convenit, vel id quod ipsi non convenit. Si primum
 est vera; si secundum est falsa. ergo omnis propositio....
 (propositio autem logica est ea qua aliquid significat ex
 intentione loquentis, seu qua exprimit aliquid iudicium).

OBJECTIONES CUM SOLUTIONIBUS.

objicieS PRIMO.

propositiones promissoriae neque vera sunt neque false:
 verbi q. hoc propositio taceo non est vera; si quidem adhuc

loquor dum illam proffero: non est etiam falsa. Si quidem
est conformis proposito non loquendi ergo omnis propositionis
non est vera aut falsa.

R. Primo propositiones promissoriae sunt illae quae aliquid
significant quasi presens, quod tamen nondum est, sed futurum
promittere cuius qualis est ista taceo.

R. Secundo nego primam propositionem. ejusque probationem,
namque veritas aut falsitas propositionis propositionis
promissoriae pendet ab ejus conformitate aut difformitate cum
mentis proposito. propositionis taceo est falsa, si post prolatam
propositionem, loqui pergam; vera est si taceam; quia est
conformis proposito tacendi. quamvis autem adhuc loquar,
cum illam proffero, hinc inde sequitur quia hoc propositionis
vi propositi non fertur ad tempus presens, sed ad mox
futurum; tuncque equivaleat isti propositioni, mox tacebo.

objicies secundo.

Dantur propositiones practicas quo operantur id quod significant
quales sunt iste, hoc est corpus meum, ego te baptizo, atqui
tales propositiones neque verae sunt neque false: non
quidem verae, quia dum proferuntur a baptizante, nondum
significant objectum cui possint esse conformes, cum objectum
propositionis ~~nempe~~ ^{nempe} baptizatio infantis, nondum sint. non sunt
etiam falsae; quia cum vere conficerit objectum suum, non
possunt dici difformes ab objecto. sic vi propositionis, ego te
absolvo vere sacerdos operatur objectum propositionis, nempe

absolutionem ab iudicatis. ergo dantur propositiones neque verae
neque falsae. I

R·N·MIN. primum argumenti: si quidem propositiones
practicas sunt verae, quod sic probabo: illae propositiones sunt
verae, quae sunt conformes objecto suo atque propos. practicas licet
non supponant objectum iam positum, sunt tamen conformes
objecto quod operantur. nam statim atque sunt prolatas conficiunt
objectum, ipsique propinque consentiunt ergo sunt conformes et
ergo sunt verae.

instabili

ut propositione sit vera debet supponere objectum iam positum
atque propos. practicas non supponunt objectum iam positum
ergo non sunt verae

R·D·A. ut sit vera speculativae concedo ut sit vera practicae
nego, distinctionis ratio est capti facillima.

objicies tertio.

ergo iusta res propositione vera esset semper vera, et propositione
falsa esset semper falsa:

Ri explicando primo. propositione vera esset semper vera et tunc
dicitur propositione necessaria, id est ea que enuntiat conjuncta
aut separata quo necessario sunt conjuncta aut separata; ut
omnis spiritus est cogitans; nullus spiritus est extensus;
sicutulus est rotundus; quo sunt propositiones eternum verae.
vel est contingentes verae, et tunc dicitur propositione contingens;
id est ea que enuntiat conjuncta aut separata quo actu quidem
sunt conjuncta aut separata; sed quo possunt non sic esse;

ut tuus pater est tolos, cursor publicus currit, quae sunt propositiones contingentes, seu de objecto contingenti, quod potest esse aliter ac actu est.

propositio falsa vel est necessario falsa, et tunc dicitur propositio impossibilis, quae enuntiat conjuncta quae nullo modo conjugari queant aut separatae quae nequeunt separari; ut quidam spiritus est extensus, quidam spiritus non est cogitans. quae propositiones dicuntur impossibilis, seu de objecto impossibili, vel est contingenter falsa, et tunc dicitur impossibilis quae enuntiat conjuncta aut separata quae actu quidem non conjuncta sunt aut separata. Sed quae sic esse queunt. Sic supponendo tuum patrem non esse tolos, et cursorum publicum actus aurolio stare et ad propinam bibitum divertisse; si dicam tuus pater est tolos, cursor publicus currit, propositiones sunt falsa, suntque tantum impossibilis, id est nihil habent de vero praeter possibilitatem.

unde nunc respondere distingo propositionem. propositio necessaria est semper vera, et propositio impossibilis semper falsa concedo propositos. propositio contingens est semper vera, et propositio possibilis semper falsa nego propositi. distinctione patet ex dictis.

COVOLAXIUM. I

in propositionibus dari potest veritas necessaria, veritas contingens, falsitas necessaria falsitas contingens.

instabis primo. omnis propositio est vera potest fieri falsa ergo non dantur.

propositiones eternum vera.

R.D.A. omnis propositionis contingens concedo. propositionis necessaria nego. fateor omnem propositionem contingentem posse esse vera fieri falsa, quia cum sit conformis objecto, potest tamen non esse conformis; ac proinde veritas non est illi essentialis, seu non est proprietas ab ea inseparabilis. at vero propositionis necessaria non potest esse vera fieri falsa quia ejus objectum nequit mutari, seu esse aliter ac emuntiatur; cum res necessaria non possit aliter se habere ergo veritas est proprietas essentialis propositioni necessaria ergo dantur propositiones eternum vere, que omnium temporum sunt, omnium personarum omnium locorum.

COVOLLA VIM 2.

Hinc propositionis impossibilis numquam potest fieri vera dum propositionis possibilis est falsa potest fieri vera res elucidata est ad object. tertiam in explicatione.

instabilis secundo.

ergo propositionis contingens aut possibilis potest non esse vera aut falsa in omni sensu.

R. concedo consequens et conseq. vel propositionis sumitur in sensu diviso aut in sensu composito, ut cœci vident quo vera est in sensu diviso et falsa in compos.

Sensus divisus est ille qui dividit seu distinguit statum oppositum verbi q. cœcitatibus ~~am~~ ab statu opposito visionis) Sensus compositus est ille qui componit seu conjungit statum

21.

oppositum verbi g. cœcitat^{is} cum statu opposito verbi g. visionis.)
vel propositio sumitur in sensu proprio, seu secundum significationem
propriam, vel in sensu metaphorico seu secundum significationem
translatam, ut cum christus dicit ego sum vitis, quæ est falsa
in sensu proprio et vera in sensu metaphorico.

vel propositio sumitur in sensu materiali seu proprie^tis vocibus
materialiter sumptis, vel in sensu formalⁱ seu pro re significata
per tales voces. hinc deus est nomen quæ vera est in sensu
materiali et falsa in sensu formalⁱ.

instabilis tertio.

Dantur propositiones composite, quæ sunt contingentes; atque
hujusmodi proposit. sunt semper vera aut falsa, in unico
tantum sensu, ergo falsa est responsio jam allata.

R·N·MIN: nam propositiones composite (quæ constant
multiplici subjecto et multiplici attributo dum propositio simplex
constat unico subjecto et unico attrib^u, ut dicemus suo loco)
possunt esse partim vera, partim falsa; sic in ista propositione
fides et diritia sunt necessaria ad salutem, prima pars est vera,
secunda falsa.

instabilis quarto.

ergo appari propositio simplex protest esse partim vera partim
falsa.

R·N·conseq. et paritatem disparitas est quicq, cum propositio
simplex constet unico tantum subjecto et unico attributo, semper
enuntiat objectum sicut est vel non, ergo Semper est vel omnino
vera, vel omnino falsa; ergo non est partim vera, partim falsa.

ARTICULUS SECUNDUS.
 DE
 QUANTITATE PROPOSITIONIS.
 DEFINITIONES.
 DEFINITIO PRIMA.

quantitas propositionis est ejus extensio, seu ratione cuius
 iudicium enuntiatur aut de omnibus aut de quibusdam;
 eaque semper estimatur ab extensione subjecti; unde ratione
 quantitatis, propositione propriè loquendo est tantum duplex,
 universalis scilicet et particularis, quibus vulgo addi
 solent singulans et indefinita.

DEFINITIO SECUNDA.

propositio universalis est ea, cuius subjectum sumitur
 secundum totam suam extensionem, ut nihilum vitium
est amandum. duplex autem est universalitas, metaphysica
 seu rigorosa, et moralis. metaphysica est quando subjectum
 sumitur pro omnibus inferioribus suis sine ulla exceptione;
 ut omne corpus est divisibile. moralis ea est, ubi subjectum
 sumitur ita universaliter, ut aliquam tamen exceptionem
 admittat. quod istis propositionibus convenit, omnes senes
sunt prudentes, omnes juvenes sunt inconstantes.

DEFINITIO TERTIA.

propositio particularis est ea, cuius subjectum sumitur

pro aliquā parte suo extensionis; ut quēdam corpora sunt dāra.

propositio singularis: appellatur illa cuius subjectum est singulare, seu determinat aliquod individuum verbi q.
tudorius decimus quintus est clementissimus.

DEFFINITIO QUARTA

propositio indefinita: ea dicitur, cuius subjectum est terminus communis qui non afficitur notā quantitatis;
itā ut sit ambiguū an de omnibus, an de multis, an de quibusdam feratur iudicium. verbi q. galli sunt urbani.
tolosates sunt ingeniosi. in quibus propositionibus non adjunguntur voces omnis, nullus aliquis, quidam, que sunt nota quantitatis.

iii additius propositio collectiva, cuius subjectum est terminus collectivus, id est, terminus qui dicitur de multis simul, non vero de singulis partibus, ut res publica, plebs, senatus: talis est ista propositio Senatus tolosanus ad martinaria sua solemniter instaurat officia.

DEFFINITIO QUINTA

omnis propositio est vel de materia necessaria, vel de materia contingentī:

propositio est de materia necessaria quando attributum essentialiter connexum est cum subjecto, vel ab eo separatum, ut homines sunt animalia rationalia.

propositio est de materia contingentī, quando attributum

protest conjungi cum subjecto aut ab eo separari, ut mulieres
sunt garrulas.

propositiones.

propositio prima.

propositio singularis revocari debet ad universalem.
probatur. subjectum propositionis singularis sumitur
secundum totam suam extensionem, sicut et subjectum
proposit. universalis. ergo propositio singul. participat de
naturâ propositionis univers. ergo debet ad illam revocari.

objectiones cum solutionibus

objicies primo.

propositio singularis magis convenit ratione quantitatis
cum propositione particul. ergo quam cum universalis;
si quidem unum magis accedit ad plura quam ad
omnia; ergo propos. singularis debet revocari ad particul.
R:N:A. nam quantitas propositionis non sit diversa
ex eo quod subjectum pluribus aut paucioribus conveniat,
sed ex eo quod sumatur secundum totam suam extensionem,
vel secundum aliquam partem sua extensionis: atqui
subjectum tum propositionis singularis tum universalis
sumitur secundum totam suam extend. ex jam dictis.
ergo quantitas utriusque propositionis debet esse similis
ergo propos. singul. magis convenit ratione quantitatis,
cum universalis quam cum particulari.

in statib[us] primo:
propositio singularis magis accedit ad particulariem quam

ad singularem universalem. ergo convenit magis illi quam
isli.

R·N·A· Si quidem propositio singulavis. evidenter magis
acedit ad illam proposit. à qua differt secundum unum
tantum punctum, quam ad eam à qua differt ex duplice
capite: atq. singularis differt à particulari ex duplice capite
dum ex uno tantum capite differt ab universalis: quippe
differt ab utraque ex eo quod habet subjectum singulare,
utraque vero habeat subjectum commune. convenit autem
cum universalis, in eo quod subjectum ejus non restringatur:
in eo que differt à particulari, cuius subjectum restringitur.
ergo propositio singulavis non magis acedit ad particularem
quam ad universalem, sed ē contrā minus.

instabilis Secundo.

Singularis magis acedit ad eam propos; cuius subjectum minus
late patet: atq. subjectum propositionis particularis minus
late patet quam subjectum propos. universalis.... ergo propos.
singularis magis acedit ad particularem quam ad universalem.

R·N· Suppositum antecedentis: supponitur enim quantitatem
propositionis estimari ex majori vel minori extensione subjecti;
atq. hoc falsum est quod sic probo. non ideo propositio est
universalis quia subjectum ejus se extendit ad plura
inferiora, sed quia sumitur secundum totam suam extensionem
(definitione secundā). ergo

propositio secunda.

in materia necessaria propositio indefinita revocari debet

ad propositionem universalem metaphysicē.
 probatur: in materia necessaria proppositio indefinita
 dicitur de omnibus inferioribus suis sine ulla exceptione.
 Sic in istā propositione, homo est rationis particeps, sensus
 est omnem hominem, nullo excepto, esse rationis partipem.
 ergo proppositio indefinita in materia necessaria est
 universalis metaphysicē; ergo debet evidenter revocari ad
 universalem metaphysicē,

propositio tertia.

in materia contingentī propos. indefinita revocari
 debet ad universalem moraliter.

probatur. namque in materia conting; subjectum
 propositionis indefinitæ sumitur tantum pro majori
 parte suorum inferiorum seu ita universaliter
 sumitur ut aliquam exceptionem admetat, si iste
 propositiones indefinitæ, senes sunt imprudentes
 juvenes non sunt inconstantes sendentur false: atq. false
 non sendentur, nisi earum subjectum sumeretur pro
 majori parte suorum inferiorum: si quidem verum est
 quosdam senes esse imprudentes, et quosdam juvenes
 non esse inconstantes: ergo huiusmodi propositiones
 sunt universales moraliter; ergo in materia contingentī
 proppositio indefinita revocari debet ad universalem
 moraliter.

propositio quarta.

propositio indefinita in qua narratur aliquid factum

vulgò revocatur ad particulararem
 probatur: idem est iudicium de ^{huiusmodi} propositionibus ac de ista
milites plectentes coronam de spinis posuerunt super caput
eius; atq. ista propositio sensetur particularis, sensu enim
 non est milites omnes coronam spineam capiti christi
 impossuisse, sed tantum quosdam milites; que quidem restrictio
 putatur esse in mente loquentis. ergo propositio indefinita in
 qua narratur aliquod factum vulgò revocatur ad particu-
 dixi vulgò quia res disjudicanda relinquitur ex intentione
 proponentis et ex antecedentibus et consequentibus.

propositio quinta

propositio collectiva debet revocari ad singularem.
 probatur: subjectum proposit. collectivo est unum totum
 compositum moraliter individuum, ergo propositio collectiva
 debet

corollarium primum

ergo Strictè loquendo omnis propositio est vel universalis
 vel particularis. quandoquidem vel subjectum propositionis
 sumitur pro tota sua extensione, tunc que propositio est
 universalis; vel subjectum sumitur pro aliqua parte
 sua extensionis, tuncque propositio est particularis.
 ergo omnis propositio

objectiones cum solutionibus.

objicies primo.

nulla est ratio cur in materia necessaria propositiones indefinitae

Sunt universales metaphysicē ergo propositio secunda est omnino gratuita.

R.N.A. namque tunc qui conficit hujus modi propositiones ita judicat attributum necessario convenire aut disconvenire subjecto ut nullum inferius excludat nullamque exceptionem admetat; ergo est ratio cur propositiones tunc sint universales metaphysicē.

instabilis primo.

Ista propositio populus iudeus solutus fuit à deo acceptus non est universalis metaphysicē, atq. tamen patitur nulla exceptionem, ergo ratio allata nulla est.

R.N. Suppositionum antecedentis nempe quod illa propositio sit indefinita, est enim singularis, quae revocatur ad universalem moraliter; quia nomina collectiva, ut sunt populus, sacerdos, republice, congregationes, exercitus, ac similes societates, representant unum totum moraliter individuum.

objicies secundo.

non potest determinari quo sint propositiones universales pro generibus singulorum, quo vero sint universales pro generum singulis ergo eee.


R.N.A. Si quidem primae propositiones sunt illæ quo se extendunt ad omnes species, non vero ad individua specierum. sic ista propositio omne animal fuit in arca nec est universalis pro generibus singulorum seu pro

omnibus animalium speciebus, non autem evidenter pro singulis individuis animalium, tu te ipse jam vides sensum propositionis esse omnes animalium species inclusas fuisse in arcâ noë non vero singula animalia omnium specierum... propositiones universales pro singulis generum illarum sunt quæ se quoque extendunt ad quolibet individua ejusdem speciei, seu quæ intelliguntur quoquæ de singulis individuis unius speciei, ut omne corpus est substantia

instabilis.....

ergo ista propositio omnes tolosa pueri docentur picturam ab eodem magistro esset universalis pro singulis generum, vel saltem pro generibus singulorum.

R.N. consequens et conseq. prædicta etenim propositio neque pro singulis generum, neque pro generibus singul... est universalis. quare? quia quandoque licet propositionis subjectum appareat universale, non tamen tantam habet extensionem quantum primâ fronte videtur habere, quia aliquando debet restringi per additionem termini qui exprimitur in predicato. Sic omnes tolosa pueri non sumuntur categorematicè, id est, sine addito, sed sincategorematicè, id est cum addito seu addendo terminum expressionem in attributo. unde propositionis sensus non est omnes tolosa pueros doceri picturam. Sed genuinus sensus est iste, omnes tolosa pueros qui docentur picturam, doceri ab eodem magistro. ergo prædicta propositio neque est universalis pro singulorum generibus, neque pro gener. singulis.


ARTICULUS TERTIUS
AFFIRMATIONE ET NEGATIONE
PROPOSITIONIS.
DEFINITIONES.
DEFINITIO PRIMA.

affirmatio propositionis est conjunctio attributi cum subjecto,
negatio vero est attributi separatio à subjecto. unde affirmare
est dicere subjectum contineri in attributo, seu illi convenire,
seu illi adaequare, seu de illo dici aut illi applicari. ē contrā
negare est dicere subjectum non contineri in attributo; seu
illi non convenire, seu ab ejus extensione excludi, seu cum
illo non identificari. eaque affirmatio aut negatio dicatur
qualitas propositionis.

Itaque propositio affirmans est ea in qua attributum
unitur cum subjecto, ut deus parat pauperibus;
negandque illa est qua attributum à subjecto separat ope
particula non, vel vocis hanc particulam includentis,
verbi g. deus non irvidetur, nemo sapit omnibus oris.

DEFINITIO SECUNDA

ex quantitate et qualitate propositionis quatuor nascuntur
propositiones species, universalis affirmans, universalis

negans, particularis affirmans, particul... negans que
designantur quatuor hisce vocabulis et sequenti distico
continentur.

asserit **A**, negat **E**, verum generaliter abo
asserit **I**, negat **O**, sed particulariter ambo.

DEFFINITIO TERTIA.

inferiora aliquius termini, seu ideo dicuntur ejus extensio.
omnia attributa essentialia simul sumptu aliquius termini
seu ideo appellantur ejus comprehensio verbi. Singuli
homines sunt extensio termini homo: at vero comprehensio
ejusdem termini homo sunt ista duo uires simul sumptu
animal rationale; ita ut si una vox desit non amplius
stet idea hominis.

PROPOSITIO UNICA

propositio ex natura sua non est semper affirmativa;
seu quod idem dantur propositiones negative.

probatur. propositio quae potest habere naturam diversam
a natura propositionis affirmativa non est ex natura sua
semper affirmativa; atq. propositio potest habere naturam
diversam a natura propositionis affirmativa; quod
sic probo, et ad probat... sit ista propositione, vitium non
est amandum in qua particula non afficit copulam
quo posito sic argumentor:

hoc propositio habet naturam diversam à natura diversa propositionis affirmativa, namque natura propositionis affirmativa est conjungere attributum cum subjecto, seu applicare subjectum attributo, seu ponere subjectum in extensione attributi: atq. natura propositionis praedita et aliarum similibum non est conjungere attributum cum subjecto, sed potius removere attributum à subjecto. ergo dantur propositiones cuius natura est diversa à natura propositionis affirmativa. ergo dantur propos. negativa, seu propositio ex natura sua non est semper affirmativa.

objectiones cum solutionibus.

objicies primo.

omnis propositio de se est affirmativa ergo
 R: N: A: eterum ut omnis propos. de se foret affirmativa in omni proposit. Subjectum attributi deberet semper identificari cum subjecto propositionis ut propositionis: atq. non sic evenit semper: si quidem illud non semper identificatur cum subjecto propos. ut propositionis, de quo proponeat nequidem cogitat: atq. propos. nequidem cogitat de nexu quem subjectum attributi habet cum subjecto propositionis, quod sic probo; sit que ista propos; homo non est lapis, quo posito sic argumentor. in hac propositione licet revera subjectum attributi, quod

est res convenientia cum subjecto propositionis; id est, quanvis homo revera sit res, attamen propositione abstrahit ab eo quod sit res et significat tantum quod homo non sit res habens lapideitatem: ergo in hac propositione homo non est lapis et in similibus propositionibus potest abstrahere a nexu quem subjectum attributi habet cum subjecto propositionis; ergo in omni propositione subjectum attributi non semper identificatur cum subjecto propositionis ut propositionis ergo omnis proposita de se non est affirmativa.

instabilis primo.

Hoc eadem propositione homo non est lapis, non est negativa ergo esse.

R.N.A: illa enim propositione est negativa, in qua mens negat identitatem idearum hominis et lapidis atque ergo esse.

instabilis secundo

In hac propositione homo non est lapis, affirmatur incompatibilitas lapideitatis cum homine, ergo esse.

R.N.A: quandoquidem propositione quae non exprimit modum quo attributum disconvenit cum subjecto non affimatur incompatibilitatem attributi cum subj.; seu lapideitatis cum homine; atque hoc propositione homo non est lapis non exprimit modum quo attributum disconvenit.

cum subjecto; ergo haec propositio non affirmat
incompatibilitatem lapideitatis cum homine.

instabili tertio.

illa propositio homo non est lapis, debet sic vedi; homo
est res excludens lapideitatem, vel homo est res ipsa non
habens lapideitatem; ergo ...
R.N.A.: namque sensus illius propositionis est iste, homo
non est res habens lapideitatem; atq. ergo ...
et vero si propositio haberet sensum quem argumentans
ipso tribuit, maxime quia ex duobus quo significantur
per attributum lapis nempe res et habens lapideitatem,
unum nempe res jungitur cum homine, et alterum
nempe lapideitas excluditur ab homine: atq. in illa
propositione, res non jungitur cum homine tum quia
licet merito dici possit hominem esse rem, non ideo illud
pronuntiatur per illam propositionem, cum non sit
necessae ut illa propositio enuntiet omnia quo vera sunt;
tum quia sensus est hominem non esse rem talem, id est
rem quo habeat lapideitatem.

instabili quarto.

in praedictâ propositione non negatur hominem esse
rem, ergo cum homine jungitur attributi subjectum, isto
modo, homo est res non habens lapideitatem.

R. N. Conseq. ... si quavis enim non negetivs hominem esse rem, non ideo istud affirmatur vi propositionis, scilicet datur medium inter affirmare hominem esse rem, et negare ipsum esse rem nempē dē hoc nihil diceve.

R. nunc distinguo A. ... non negatur hominem esse rem simpliciter concedo: esse rem talem, id est rem habentem lapideitatem nego... reverā non negatur hominem esse rem simplici...; hoc enim non extenditur sed negatur quod sit res talis, quod sit illa res, seu id quod, ut ita dicam ex re, et lapideitate componitur. hinc est quod inter axiomata propositionum negantium modis dicimus attributum propos... negantis non removeri à subjecto secundum totam suam comprehensionem. quavis autem attribut... propos... negantis non removeatur à subjecto secund... totam suam comprehens... attamen qui proffert proposi... negativam, non sibi proponit idenitificare et jungere partem comprehensionis attributi cum subjecto propositionis, cum non semper attendat ad id quod est commune attributo et subjecto, sed ad illud solum quod impedit ne attributum propos... conveniat cum subjecto. sic rusticus, cum proffert hanc propositionem, arbor non est lapis non perpendit an arbor et lapis convenienter in eo quod sint substantiae extende, sed attendit tantum ad id quod different. instabilis quinto vel subjectum attributi jungitur cum homine, vel ab eo removetur.

atq. nec removetur nec potest removeri. ergo cccc.

R·N·A ~~propositio~~ nonne datur medium ut jam dixi,
id est jungere et separare illa duo; nempe nihil dicere de
nexu aut separatione utriusque

objicies secundo.

per propos... negativam mens negaret identitatem
attributi cum subjecto; atq. mens non potest negare
identitatem attributi cum subj.... ergo cccc.

R·N·MIN: quid nonne mens potest ^{tamen} negare identitatem
qua non est, quam affirmare identitatem qua est?

Instabis primo

mens non potest negare identitatem quin videat negationem
identitatis; atq. mens vere negat.... identitatis non videt;
cum negatio identitatis sit nihilum, cuius nulla datur
idea. ergo cccc.

R·D·MÄJ: quin videat negationem identitatis per ideam
aliquis positivi concedo: per ideam ipsius negationis
nego. verbi q̄ in istâ propositione, triangulus non est
sirculus, mens negando identitatem trianguli cum
sirculo, non videt negationem identitatis, in ipsâ
negatione cum nihilum non possit ratione sui percipi.
sed videt negationem identitatis sirculi cum triangulo
per ideam ipsas sirculi et trianguli: nempe dum in idea

circuli quam habet, non videt contineri ideam trianguli:
dum videt in ideâ circuli omnia puncta circumferentia
et que distare à centro, in ideâ vero trianguli varia
puncta figura triangulari inegaliter distare à quovis
puncto sumpto in area illius figuræ.

*axiomata
circâ negationem.*

axiomâ primum.

propositio negativa non separat à subjecto omnes
partes comprehensionis attributi secundum sumptas.
id est ad negationem non requiritur ut subjectum nihil
omnino habeat eorum quæ continentur in ideâ attributi
sed ut utrumque differat in aliquo puncto: non enim
requiritur ut differat in omnibus sicut in exemplo rustici
jam allato.

quare autem? quia negare est removere subjectum ab
extensione attributi: atq. subj. . . potest removere ab exten-
sione attributi, seu potest non contineri in attributo, et tamen
habere aliquid conveniens, aliquid simile, aliquid & quale ei
quod attributum habet; ergo ad negat. . . non necessum est
ut attribut. . . et subj. . . differant quoad omnes suas partes.
ergo propositio negativa non separat à subjecto omnes
partes comprehensionis attributi secundum sumptas.

attamen attributum de subjecto negatur secundum totalem
suam ideam seu secundum totam comprehensionem
simil sumptam, ut probare facillimum est.

instabis. Secundo

ergo attributum pariter separatur secundum aliquam
 partem sue extensionis?

R: N. Consequ...tiam et parit.... namque per istud...

axioma secundum

in propositione negativa attributum separatur a subjecto
 secundum totam suam extensionem: seu quod idem est
 attributum propositionis negativa est universale.
 id est, nullum est attributi inferius quod non separetur a
 subjecto: quare autem? quia in propositione negativa
 propositionis excludit attributum ergo excludit illud omne
 quod habet naturam attributi: atq... omnia inferiora attributi
 habent naturam attributi; sicut omnes species habent naturam
 generis, et omnia individua habent naturam speciei. ergo in
 prop... negativa omnia inferiora attributi excluduntur a
 subjecto; ergo attributum propositionis negative semper
 negatur de subjecto secundum omnem suam extensionem
 seu quod id.... est attribut... propos... negativa est
 universale.

at vero ut unum non sit aliud, id est ut attributum non

21

habeat naturam subjecti, non necesse est ut nulla sit
proprietas communis attributa et subjecto, sed sufficit si
unum fuerit expressus partis cuius alterum est particeps...
ergo nulla inest paritas.

COVOLLARIUM ... I.M ...

in propositione negat... attribut... separatur a subjecto
secundum totam subjecti extensionem;
id est si subject... sit univers... attributum negatur de
omnibus inferioribus subjecti. Si subjectum sit particulae
attribut... negatur de quibuscdam inferioribus, ut est
evidens.

axiomata circa ~~affirmationem~~^{affirm}

axioma primum

attributum propos... affirm... dicitur de subjecto
secundum totam suam extensionem quam subjectum habet
in propositione.

quare? quia propositio affirm... conjungit attributum cum
subjecto. atq. illud conjungit secundum totam extensionem
quam subjectum habet in propos... ergo si subject...
sumatur universaliter, attributum conjungitur cum
subjecto secundum totam subjecti extensionem, ut in hac
propositione, omnes evangeliste sunt sancti; sancti dicitur

De quatuor evangelistis, quia subjectum evangelista sumitur secundum totam suam extensionem

Si vero subjectum sumatur particulariter hoc est secundum aliquam partem indeterminatam sua extensionis, attributum non unitur cum subjecto nisi secundum aliquam partem indeterminata extensionis subjecti, ut in ista propositione, aliquis scholasticus est sapiens, sapiens, dicitur quidem de aliquo scholastico sed non de scholastico universim sumpto.

Axioma secundum

attribut... propos... affirmantis dicitur de subjecto secundum totam suam comprehen-
quare? quia in propos... affirmante attributum ita
conjugatur cum subjecto, ut dicatur de subjecto: atq. attribut-
non potest dici de subjecto, nisi tota comprehensio attributi,
ergo temperantia est laudab....

laudabilis est majus extremum temperantia extremum
minus, et virtus terminus medius.

Observatio prima.

licet tres sint propositiones in sillogismo, et aliunde

qualibet propositio duobus constet terminis non ideo
tamen dicab sex terminos reperiiri in sillogismo, sed
tres tantum quia quilibet terminus in sillogismo bis
reperiitur sicut majus extreum semper in majore
et in conclusione, minus extreum semper in minore
et in conclusione. mediusque terminus in majore, et
in minore, numquam vero in conclusione: exemplo
sit sequens propositio

omne bonum est amabile.

omnis virtus est bonum,

ergo omnis virtus est amab.

tres sunt dumtaxat termini; nempe amabile quod
est in majore, et in conclusione, prouindeque est
majus extreum; virtus; de qua^m aliquid praedita
catur in minore et in conclusione, prouindeque est
minus extreum; bonum quod reperiatur in majore
et in minore, diciturque terminus medius. tres sunt
autem propositiones, major qua continet majus
extreum amabile cum medio termino bonum;
minor qua continet minus extreum virtus cum
eodem medio termino bonum; conclusio qua continet

8.

maius extreum amable cum minore extremo
virtus (major autem et minor nomine commun*i*
dicuntur premissa; e^o quod in sillogismo premita
solvant tertie propositione qua dicitur conclusio).

DEFINITIO QUARTA.

in omni sillogismo seu argumentatione reperiuntur
antecedens, consequens, et consequentia. antecedens
est id ex quo unum judicium inferitur, ac duo
saltem judicia includit, sive sint ambo expressa,
sive alterum eorum sit tacitum. verbiq; in
sillogismo sequenti:

omnis virtus est laudabilis

temperantia est virtus

ergo temperantia est laud.

duo proua judicia sunt antecedens, quia antecedunt,
seu quia ex illis deducitur istud, temperantia est
laudabilis. at vero in sequenti argumentatione, omne
peccatum est fugiendum, ergo ira est fugienda, taceo seu
subintelligo unum judicium, nempe ira est peccatum:
alioquin non possem inferre istud, ira est fugienda; ut
videbimus.

DEFINITIO QUARTA.^{IN}

consequens est id quod consequitur ex antecedente. Sive est propositio collecta ex duabus sicutem aliis propositionibus antecedentibus ut in ultimo exemplo ira est fugienda, dicitur consequens.

consequentia definita solet connectio consequentis cum antecedente, et exprimitur per solam particulam ergo, igitur, proinde, unde.

OBSERVATIO SECUNDA.

consequentia aliquando bona est, licet consequens sit falsum. verbi g. si promittatur falsum istud antecedens materia est cogitans, recte sic infertur hoc falsum consequens ergo materia potest esse beatia quia quicquid cogitat potest esse beatum; ac proinde consequentia ergo, bona est atque legitima, quamvis consequens sit omnino falsum. vicissim consequens potest esse verum et consequentia mala; ut si dicatur sirculus est rotundus, ergo differt a sphera. equidem sirculus differt a sphera; unde consequens est verum: sed non ideo differt a sphera quia est rotundus, sed quia est

IO.

planus, sphaera vero solida. unde non legitima est consequentia.

Sedulo ergo inter respondentem oportet ut attendas quandonam dicendum, nego consequentiam quandonam dicendum, nego consequens. hic respondens debet reponere nego consequentiam; in exemplo vero precedenti, nego consequens, nec addere nego consequentiam, in exemplo vero precedenti ut male sonant ruidiones logici pariter nunquam consequentia distinguitur, quamvis consequens distinguiri possit.

DEFINITIO SEXTA

ratiocinatio, seu discursus mentalis, seu discursus pro ut a mente perficitur, est illatio unius iudicij ex aliis, seu illatio consequentis ex antecedente.

argumentatio, seu discursus oralis, seu discursus prout exprimitur vocibus, est oratio ratiocinationis interpres, seu oratio propositionibus expressa, qua unum ex alio colligitur. ista complectitur simul antecedens, consequens et consequentias, illa vero sola non continet consequentiam, unde argumentatio est ad ratiocinationem, quod propositio est ad iudicium; proindeque argumentatio est composita, et ratiocinatio simplex.

propositio prima.

argumentatio est comparatio duarum idearum cum una idea testia proposita; ut percepatur relatio duarum priorum.

probatur: argumentari est discurrere; discurrere est querevere duarum idearum relationem quae non innotescit immediate: atq. relatio haec nulla alia via queri potest, quam comparando duas ideas propositas cum una idea testia. si enim duo illae ideas sint quid idem cum testia, erunt quid idem inter se; si earum una sint quid idem cum testia quam cum altera non sit idem, non erunt quid idem inter se. ergo argumentatio potest dici comparatio duarum idearum cum.

(eadem demonstratio valet pro sillogismo.)

propositio secunda.

datur argumentatio propriè dicta.

probatur: tota argumentationis natura in eo posita est ut per aliquod medium percipiamus duarum idearum relationem, quam non possumus immediate percipere; atq. quotidiana docet experientia, plures occurrere ideas, quarum relationem non possumus immediate

percipere, quas tamen per aliquod medium percipimus. Sic non penitus immideate veritatem istius theoremati, ~~tend~~
tres anguli trianguli sunt e quales duobus rectis, quam
tamen opere medii possumus demonstrare ergo cetero ergo cetero
objectiones cum solutionibus.
objicies primo.

nullum est fundamentum quo narrantur sillogismi, ergo
 gratius admittuntur.

R:N:A: namque sillogismi sunt vel affirmativi vel negativi.
 quicunque sint enī

Fundamentum generale sillogismorum
quando ex duabus verbis prima continet unam tertiam,
qua continet aut excludit secundam, prima continet
quaque aut excludit secundam.

Instabis primo

consequens non debet contineri in antecedente, ergo tua
respondio falsa est.

R:N:A: nam consequens est judicium deductum ex aliis
 (definitione quinta) ergo debet in illis contineri: atq; illa judicia
 nihil aliud sunt quam antecedens (definitione quartā). ergo
 consequens debet contineri in antecedente.

corollarium primum.

Hinc semper antecedens constat duobus iudiciis -
quare? quia in omni argumentatione dicitur,
consequens contineri in antecedente aut ab eo excludi;
ergo ut consequens ex antecedente deducatur, debo
primo confidere unum iudicium quod gerat vices
principii.

Secundo confidere alterum iudicium per quod cognoscatur
consequens contineri in principio posito, alioquin non
possem illud ex eo deducere: atque duo haec iudicia
confienda, sunt antecedens (definitione quartæ).
ergo antecedens constat duobus iudiciis.

observatio tertia.

alterum ex duobus iudiciis quibus antecedens semper
constat continens appellatur à logicis sicuti et propositio
illud enuntians, quia continet consequens. alterum
dicitur applicativum à proprieate applicativa propositio
qua illud enuntiat; quia quadam applicat consequens

II.2.

antecedenti, seu manifestat aut ostendit consequens
contineri in antecedente; quia cum continens
non exprimatur iisdem verbis formaliter ac
questio seu consequens requiritur altera propositio
qua ostendat questionem seu consequens, contineri
in continente.

in sillogismis negativis, propositio seu premissa
negativa est continens, et affirmans est applicativa.
in affirmativis vero sillogismis, major vulgo est
continens et minor applicativa; ita ut tum in
affirmativis sillogismis tum in negativis, judicium
applicatarum sit semper affirmativum, sicut et
propositio qua tale judicium enuntiatur; quia
natura judicii applicativi est ponere consequens
in antecedente, quod non fit nisi per affirmationem
verbi q. ex isto antecedente, nullus immundus videbit
deum. non possum sic deducere istud consequens
ergo nullus libidinosus videbit deum, nisi prius

affirmaverim, omnem libidinam esse immundum
et contineri in extensione immundi.

Observatio quarta.

Si aliquando ut accidit in isto sillogismo.

qui non perseveravit usque in finem
non salvus est.

atqui iudas non perseveravit usque in
finem.

ergo iudas non salvus est.

propositio applicativa non sit affirmans in se et extra
sillogismum, attamen in sillogismo habet vim
affirmativam, seu est aequivalenter affirmativa, quia
semper in sillogismo ostendit subjectum conclusionis
seu minus extrellum contineri in idea medii in qua
alterum extrellum non continetur? quare ita,
quia in sillogismo consideratur ut complexa in
attributo, et aequivalat isti propositioni
iudas est ille qui non perseveravit usque in
finem.

ita ut in sillogismo negatio cedat in complexam, non
vero in principalem; quod non accidit extra sillogismum,
ut dicemus suo loco.

~~corollarium~~ Secundum.

Si rem bene tecum mediteris, jam videbis in omni
sillogismo, Semper esse quatuor iudicia.

objicies secundo.

sillogismus est aliquid simplex, ergo non constat pluribus
iudiciis.

R:N:A: Si quidem sillogismi nomine intelligitur,
argumenti firmissimi genus, ex duobus pronuntiatis
conclusionem necessario inferend (definitione prima.) atq.
hujusmodi argumentatio non est aliquid simplex;
qui simplex esset! sillogismus fit ad demonstrandam
duarum idearum convenientiam aut repugnantiam;
qua non est per se clara, quam convenientiam aut
repugnantiam cum mens propter suam imbecillitatem,
non possit inmediate cognoscere, inquit tertiam

ideam, quam jam tertiam vocavimus (definitione 3.)
 medium, eamque seorsim comparat cum qualibet
 ex duabus ideis ex earum convenientia aut repugnantia
 cum medio earundem inter se convenientiam aut
 repugnantiam deducat.

et vero sillogismum confidere, est discurrere,
 discurrere est cogitare de multis successivis objectis,
 seu trahere, ab una cogitatione ad alteram:
 trahere ab una cogitatione ad aliam, est procedere,
 a magis noto, ad minus notum, a clarioribus
 ad minus claros, a certioribus, ad minus certas.
 ita ut una cognitio sit principium alterius, et
 una procedeat ab altera, ex eaque sequatur.
 atqui illud fieri nequit sine propositionibus et
 terminis; ergo sillogismus constat propositionibus;
 ergo non est quid simplex.
 instabilis primo.
 rationinatio est aliquid simplex; atqui sillogismus

est ratiocinatio, ergo sillogismus est aliquid simplex.

R.D·MINOREM. sillogismus est ratiocinatio prout verbis expressa, concedo minorem prout est in mente tantum nego minorem et consequens et explicio distinctionem.

ratiocinium dupli modo consideratur ut prout ex distinctione. primo modo consideratum dicitur argumentatio, et in hoc sensu sillogismus est species ratiocinii. secundo modo consideratum dicitur propriè ratiocinium, seu ratiocinatio, seu discursus, seu illatio expressa sola particula ergo, et in hoc sensu ratiocinatio est actus simplex mentis unum ex aliis inferentis, seu quod idem est ratiocinatio est simplex iudicium, quo judicanus consequens recte sequi ex antecedente.

instabis secundo

ergo ratiocinatio prout est in mente tam esset composita, quam prout verbis exprimitur, quod

contradictorium est responsioni tua.

R:N. consequens et consequentiam propter rationem
jam allatam.

instabilis tertio

ratiocinatio reduplicative sumpta, contineret plura
judicia; ergo esset composita.

R:N.A: quanvis enim ratiocinatio exigat duo judicia,
ut ex iis inferat tertium judicium, non tamen
componitur ex pluribus judiciis, sicuti nec judicium
constat ex pluribus ideis, licet ead conjungat aut separaret.
ergo ratiocinatio non continet plura judicia.

instabilis quarto.

ratiocinatio contineret antecedens, consequens et
consequentialia: ergo contineret plura judicia.

R:N.A: namque sicut ad omnem corporis motum,
requiritur terminus a quo, et terminus ad quem,
ut fiat motus, nec tamen illi termini sunt ipse motus.

ita appari natura ratiocinationis non posita est
in antecedente, et consequente. sed tantum in
illatione, quæ ut jam dixi, exprimitur particula
ergo; ergo ratiocinatio non continet antecedens,
consequens, ^{sed} consequentia tantum.

instabilis quinto.

argumentatio continet antecedens, consequens, et
consequentialia. ergo et ratiocinatio.

R·N· consequentiam et paritatem. disparitas est
quia argumentationis nomine intelligimus totam
illam seriem cogitationum, seu totam illam operationum
completionem, quæ fiunt à nostra mente quando
discurrimus, ac proinde argumentationis nomine
intelligimus simul antecedens, consequens, et
consequentialia.

at vero ratiocinium est unicum judicium quo
judicamus consequens recte sequi ex antecedente.
atque tale judicium est simplex cum contineatur in

unico mentis actu expresso per particulam ergo - ergo
nulla est parvitas.

objicies tertio.

ergo ut legittima sit argumentatio, antecedens consequentia
et consequentia debent esse vera.

R. N. Consequentiam et consequens, etenim ad legitimam
argumentationem parvi reffert utrum verum an
falsum sit antecedens, similiter non reffert an conseq-
uitur certum an incertum; requiritur tantum ut
consequentia sit bona, seu ut bene deducat consequens
ex antecedente; cum tota ars sillogistica consideret
solam consequentia bonitatem.

unde (observatione 2a.) consequentia potest esse bona,
quamvis antecedens et consequens sint falsa; et
viceversa consequens potest esse verum et consequentia
mala, ut in istis exemplis hinc potes adverte:


omne exterritum cogitat

ergo Scannum cogitat.

antichristus erit homo

ergo antichristus erit impius.

X3.



ARTICULUS SECUNDUS.

DE
SILLOGISMORUM SIMPLICIUM
REGULIS.
DEFINITIONES ET AXIOMATA.

DEFINITIO PRIMA.

Sillogismus Simplex est ille in quo duo extrema
Secundum comparantur cum medio, verbi g.
quod habet partes et divisibile.
atq. omne corpus habet partes
ergo omne corpus est divisibile.

hic vides majus extreum, divisibile in majori
comparari Secundum cum medio, quod habet
partes, quo cum pariter minus extreum
omne corpus in minori, Secundum comparatur.

DEFINITIO SECUNDA

interv sillogismos simplices, alii sunt incomplexi.

quorum unum quodcumque extremum totum et integrum comparatur secundum cum medio, ut in exemplo ~~hunc~~ allato.

~~ATAMOLDA~~ alii sunt complexi, quorum aliqua tantum pars unius extremi comparatur cum medio in una praemissa, ~~verbi q~~ ut in isto exemplo.

cupiditates sunt prauri affectus.

atq. plerique homines serviunt cupiditatibus ergo plerique homines serviunt ~~plurimi~~ affectibus. majus extremum in majori conjungitur cum medio, et alia pars conjungitur in minori cum eodem medio.

Axioma primum.

qua sunt eadem cum uno tertio sunt eadem inter se. id est quando duo secundum conveniunt uni, et eidem tertio ea

conveniunt inter se. Q. q. si duas quantitates secundum sint
æquales tertiae quantitatibus sunt etiam æquales inter se.

axioma 2.

ea quorum unum est idem cum aliquo tertio cum quo
alterum non est idem, non sunt ædem inter se.

axioma 3.

ex eo quod duas res non sint ædem cum uno tertio,
sequitur eas esse vel diversas, vel eadem inter se.

axioma 4.

ex eo quod duas res sint ædem cum diversis, cuius ab eis
dissimiles, non sequitur eas esse eadem inter se aut à se diversas.

axioma 5.

propositio particularis continetur in universali ejusdem
qualitatis, non vero universalis in particulari.

axioma 6.

non potest concludi à particulari ad universale, bene vero
ab universali ad particulare.

axioma 7.

quantitas propositionis estimatur à quantitate subjecti.

axioma 8.

attributum propositionis ^{affirmantis} nonquam sumitur universaliter
in forme.

axioma 9.

attributum propositionis negantis semper sumitur universaliter
primo regulare.

in omni sillogismo tres debent esse termini, nec plures, nec pauciores,

scilicet duo extrema et unum medium.

demonstratur sillogismus est probatio unius de alic per aliud: aliquid ad probationem unius de alio per aliud, tres requiruntur et sufficiunt termini; nempe unus qui probetur, alter de quo probetur, et medius per quem probetur. ergo in omni sillogismo tres debent esse termini ~~ad~~ quam in regulam praeuat sequens sillogismus

omnis homo est mendax.

omnis angelus est spiritus.

ergo omnis angelus est homo.

duo enim sunt media mendax et spiritus.

covallarium..... 1....

hinc medium non debet diverso sensu accipi in duabus premissis. quare? quia tunc medium illud equivaleret duobus mediis ac proinde esset 4. termini in sillogismo, quod est contra primam regulam.

unde sillogismus iste vitiosus est.

apostoli sunt duodecim.

petrus est apostolus.

ergo petrus est duodecim.

quia medium sumitur collectivè in majori, non vero in minori.

Secunda regula.

medium non debet esse bis particolare in premissis.

demonstratur. si medium sumeretur bis particolare, posset comparari in una premissa, cum uno extremo secundum unam partem sua extensionis, et uno in dia premissa compararetur

um alio extremo secundum aliquam partem extensionis sua:
ergo equivaleret dupli medio quod adversatur prima regula
ergo medium non debet esse his particularē in premissis.
an dices sequentem silogismum concludere?

omnis homo est mortalis.
asinus est mortalis.
ergo asinus est homo.

hic evidenter medium mortalis, est his particularē (axiomate?)
regula tertio.

~~duo extrema non debent latius patere in conclusione quam in~~
~~premissis.~~
demonstratur quandoquidem si duo extrema possent sumi
universalius in conclusione quam in premissis, possit
concludi à particulari ad universale quod est contra
(axioma 6.) ergo duo extrema non debent latius ~~sunt~~
unde istum silogismum vitiosum invenies.

quicumque mentitur peccat
aliquis historicus mentitur.
ergo omnis historicus peccat.

corollarium 2

primo ex secunda et tertia regula sequitur debere esse plures
terminos universales in premissis quam in conclusione.
nam per tertiam regulam omnes termini qui sumuntur
universaliter in conclusione debent etiam esse universales
in premissis deinde medium quod numquam ingreditur
conclusionem ut demonstrabitur infra debet universaliter
sumi saltem in altero utra premissarum ex regula 2.

erga necesse est ut plures sint termini universales in præmissis quam in conclusione. Secundo sequitur ex tertio. regula majorē propositionem non posse esse particularem affirmantem quando conclusio est negans, et minorem non posse esse particularem quando conclusio est universalis: quod evidenter ostendat cuilibet candidato artis sillogisticae perito.

regula 4.

medium numquam debet ingredi conclusionem: demonstratur. namque medium sumitur tantum ad intercomparanda seu mensuranda secundum duo extrema, ut ex illa comparatione deducatur conclusio: ergo conclusio debet dum taxat esse resultans illius comparationis, ac proinde medium inequit in ea reperiā: ergo medium numquam debet ingredi conclusionem.

regula 5.

ex duabus negantibus nihil potest concludi:

demonstratur. namque si neuter terminorum conveniat cum medio. sane non sequitur eos convenire aut disconvenire inter se, juxta axioma tertium. ergo ex duabus negantibus nihil potest concludi. inde est quod male concludant duo isti sillogismi.

turcæ non sunt christiani

galli non sunt turcæ.

ergo galli sunt christiani.

vel ergo galli non sunt christiani.

turc. non sunt christiani.
 sinences non sunt turci
 ergo sinences sunt christiani
 vel ergo sinences non sunt christiani.

regula. 6.

ex dualibus affirmantibus nunguam sequitur conclusio negandi.
 demonstratur eterum si utrumque extreum convenienter cum medio
 necesse est, ut ambo convenienter inter se ex axiomate primo: ergo
 eorum convenientia debet exprimi per conclusionem affirmantem.
 ergo ex dualibus affirmantibus nunguam sequitur conclusio negandi.

corollarium. 3.

hinc non potest probari conclusio negandi per duas premissas
 affirmantes.
 quare: quia tunc duae premissae affirmantes dicent duo
 extrema, conclusionis convenienter cum medio, ac proinde convenienter
 inter se. (axiomate primo). et conclusio negandi dicere etiam
 convenienter inter se; quod foret contradictionem:
 ergo non potest probari conclusio negandi per duas premissas
 affirmantes.

regula. 7.

ex dualibus particularibus nihil concludi potest.
 demonstratur quandoquidem si duos particulares sint
 affirmatives, medium est his particularibus contra secundam
 regulam. tunc ambo subjecta et ambo attributa sint particularia.
 si una sit negans, conclusio erit negans (regula 8) ergo
 attributum conclusionis erit universale (axiomate 9) ergo
 maioris extreum erit universale in premissis (regula 3).

ergo tunc unicus dicitur terminus universalis in premissis,
nempe attributum propositionis negativae: ergo medium
erit bis particulare: quod non congruit cum secundâ regulâ.
ergo ex dualibus particularibus nihil concludi protest.

regulae 8.....

propositum semper sequitur conclusio partem,
id est si aliqua premissarum sit negativa, conclusio debet esse
negata. si aliqua premissarum sit particularis, conclusio
debet esse quoque particularis. (negata et particularis sunt
partes propositi respective ad affirmantem et universalem).
demonstratur. primo si unum extreum conveniat cum
medio, et alterum cum eo non conveniat, ambo extrema
non conveniunt inter se. Axiomate 2. ergo eorum
disconvenientia debet exprimi per propositionem negativam.
secundo cum aliqua premissarum est particularis, conclusio
debet quoque esse particularis. si quidem si conclusio tunc
esset universalis, concluderetur ab particulari ad universale,
neque plures essent termini universales in premissis, quam
in conclusione, quae duo sunt contra axiomatum 6. et coroll. 2.
ergo propositum semper sequitur conclusio partem.

unica et generalis regula sillogismorum.

conclusio debet contineri in premissis.

demonstratur: etenim quoties hoc regula observatur,
semper concludetur ab universalis ad particulare, quia quo
est sola conclusio legitima. ergo hoc regula est sufficiens pro
quocumque sillogismo.

objectiones cum solutionibus.

objicies... I...

Sillogismus sequend male concludit.

tradition non est scriptura.

debemus credere scripture.

ergo non debemus credere traditionem.

atqui tamen conclusio continetur in promissis ergo vestra regula falsa est.

R. N. MINOREM. namque ut nemo non videt propositione major, quae est continent, non continet conclusionem ad hoc enim conficienda fuisset iste modo.

qui debet credere scripture, non debet credere traditionem. tunc que minor ostenderet conclusionem contineri in majore fieret que conclusio iusta logica regulas.

instabis... I...

in isto sillogismo.

. omne secundum sequitur immediate primum.

omne tertium sequitur immediate secundum.

ergo omne tertium sequitur immediate primum.

conclusio continetur in promissis: atqui tamen male concludit

ergo Q.E.D. respondeo nego maiorem. an omne tertium, quod est subjectum conclusionis continetur in extensione, omne secundum quod est subjectum continentis, unde in isto sillogismo, medium est duplex, nempe omne secundum in majori, et sequens immediate secundum, in minori. ergo ibi sunt quatuor termini, contra primam regulam.

instabilis 2

sillogismus sequens

omnis turca est homo.

omnis hispanus est homo.

ergo omnis hispanus est turca

tres tantum habet terminos, atqui tamen non vede concludit
ergo Q.E.

R-N MAJOREM. nonne medium homo sumitur his
particulariter (axiomate?) ergo & equivalet duobus mediis.
ergo sunt quatuor termini; preterea nonne vides
conclusionem non contineri in majori. ad hoc enim debuisset
dici omnis homo est turca ergo Q.

instabilis 3

Sit iste sillogismus aliqua substantia est cogitans

omnis spiritus est substantia

ergo omnis spiritus est cogitans.

unde sic argumentor. hujus modi sillogismus est legitimus;
sed tamen medium est his particulari. ergo Q.

R-D MAJ est legitimus; id est bonus ratione materiali
concedo majorem. ratione formae nego majorem.
equidem sillogismus potest esse bonus ratione materiali,
vel ratione formae. dicitur bonus ratione materiali,
quando singula eius propositiones sunt verae: dicitur
bonus ratione formae, seu ratione dispositionis terminorum,
cum conclusio est legitime deducta ex premissis ita ut
premissae nequeant esse necessariae, quin etiam conclusio

sit necessario. porro silogismus propositus est bonus ratione materie; sed non est legitimus: potest enim fieri silogismus qui eandem habeat terminorum dispositionem, positis praemissis veris, et cuius tamen conclusio sit falsa. verbi gratia:

aliqua substantia plures habet partes
omnis spiritus est substantia
ergo omnis spiritus plures habet partes.

ergo silogismus in objectione propositus non est legitimus,
seu non est bonus ratione forme.

instabiliS ... 4 ...

Item silogismus infra positus,
id est divisibile quod est extensum
atque onne corpus est extensum
ergo Q.E.D.

est legitimus seu bonus ratione forme: atq. medium est bis
particulare in praemissis, ergo Q.E.D.

R. N. MIN. nam medium est bis universale in majori.
instabiliS ... 5 ...

attributum propositionis affirmantis est particulare: atqui
medium in praemissis allatis est bis attributum propositionis
affirmantis; ergo medium est bis particulare in praemissis
allatis.

R. N. MIN. etenim quod est extensum est medium. atqui
quod est extensum attributum quidem in minori non est
attributum in majori, licet in ea attributi locum occupet:

si quidem attributum est id quod predicatur (capite primo
de natura propositionis) atque extensum non predicatur
de divisibili in majori, sed divisibile dicitur de extendo;
cum sensus majoris sit iste, illud quod est extensum est
divisibile; ergo in p[ro]p[ri]etatis aliatis medium, non est tis
attributum propositionis affirmantis.

objicies... 2....

Sillogismus infra scriptus.

qui non colit deum non salvabitur.

impius non colit deum

ergo impius non salvabitur.

legitime concludit, et tamen constat duabus negantibus:
ergo Q.D.

R. De propositionem discretivam antecedentibus: duabus
negantibus in se concedo. negantibus in sillogismo nego.
ambae quidem p[ro]p[ri]etatis sunt negantes, si considerentur
in se, secundum et extra sillogismum! sed si considerentur in
sillogismo, tunc minor vim habet affirmativam, et est
applicativa, dum major continens est, ut jam diximus
et sane minor sic est intelligenda, impius est ille qui non
colit deum non que in predicata sillogismo, medium est
subjectum in majori, et attributum in minori. atque medium est
qui non colit deum, ergo attributum minoris est, qui non
colit deum; ergo minor sic est intelligenda, impius est ille qui

non colit deum, ergo minor habet vim affirmativam
 instabilis. et tunc secundum hoc. si pars minima non
 particula non praesigitur verbo propositionis minoris etiam
 in sillogismo, ergo haec minor est negans etiam in sillogismo.
 R.D.A. verbo propositionis incidentis concedo antecedens
 propositionis principialis nego antecedens. ponno ista propositione
 impius est ille qui non colit deum, et complexa: ille est impius,
 est principialis, qui non colit deum, gerens vices subjecti in isto
 casu, est incidentis determinativa: atqui evidenter particula non
 cadit in incidentem, nequaquam vero in principalem, (quod
 tamen requireretur ut propositione diceretur negativa) ergo
 et vero ita debet intelligi propositione, ut idem sit medium in
 minori quod fuit in majori: atqui in majori, medium fuit
 istud, qui non colit deum, quia sillogismus est in prima
 figurâ ut demonstrabimus suo loco; ergo in minori medium
 debet praviter esse istud, qui non colit deum: alioquin si
 sensus esset, impius non est colens deum; attributum ac proinde
 medium, esset colens deum; ergo in minori medium non esset
 idem, quod fuit in majori. ergo

articulus 3.

De

sillogismorum conjunctivorum regulis.

definitiones

Definitio prima

Sillogismus conjunctivus est ille qui ~~non~~ constat aliqua propositione
 compositâ, in qua medium simul comparatur cum minori et
 majori extremo, et que vel conditionalis, vel disjunctivus,
 vel copulativus.

Definitio... 2...

Sillogismus conditionalis appellatur ille cuius major est conditionalis; disjunctivus dicitur, in quo major est propositio disjunctiva, cuius una pars ponitur aut tollitur in minori, ut altera pars disjunctionis, ponatur aut tollatur in conclusione: copulativa nominativer, cum major est copulativa, negans duo simul esse posse. cuiuslibet speciei exemplum hic subiectum legi.

Si geta est fur est peccator

atqui geta est fur

ergo geta est peccator.

vel deus est mendax, vel perdet omnes qui loquuntur mendacium,

atqui deus non est mendax

ergo perdet omnes qui loquuntur mendacium.

nemo potest deo servire et mammonem.

atqui avarus servit mammonem

ergo avarus non servit deo.

Definitio... 3...

in omni sillogismo conditionali, major habet duas partes, quam primâ enuntiand conditionem dicitur antecedens, ut si geta est fur: secunda dicitur consequens seu sequela ut est peccator: unde quando conceditur aut negatur secunda pars dicendum est concedere, vel negare sequelam majoris regulae.

Sillogismi conditionalis.

posito antecedente, ponitur consequens. id est quando antecedens affirmatur in minori, consequens debet affirmari in conclusione, tunc que dicitur, verum antecedens ergo et consequens seu quod idem est verum prius ergo et posteriorius: verbi gratia

Si sol lucet dies est
verum antecedens
ergo et consequens.

res eadem residit ac si diceret, at qui sol lucet, ergo dies est.
cave ne dicas verum consequens ergo et antecedens vel verum
posterioris ergo et prius, vel at qui dies est, ergo sol lucet
quia antecedens non ideo verum est ex eo quod consequens est
verum, sed consequens est verum, quia antecedens verum est.
regula

Syllogismi conditionalis.

Sublatu consequente tollitur antecedens. id est quando consequens
negatur in minori, aut proponitur aliquid consequenti
contradictorium, antecedens debet negari in conclusione; hinc
que dicimus, falsum consequens ergo et antecedens. verbi gratia.

Si divites sunt requiriendo non est credendum evangelio.

falsum consequens

ergo et antecedens.

cum dicimus falsum consequens idem faciunt usque ad dicendum, at qui
credendum est evangelio; et hinc certe tollitur consequens: ne igitur
dicas falsum antecedens. ergo et conseq: quia ex falsitate consequentis,
sequitur falsitas antecedentis, non vero ex antecedenti: falsitate falsitas
sequitur consequentis.

Scholium.

adverteat sit syllogismi conditionalis vitium, si per syllogismi
reductionem ad formam simplicem derivatur de majore
conditionali et conditio et minus extrellum. verbi gratia.

Si libido dedecorat juvenem vitanda est.

libido dedecorat juvenem

ergo vitanda est.

sic est requiriendum ad formam incomplexam:

quidquid dedecorat juvenem est vitandum.

Sed libido dedecorat juvenem
ergo libido vitanda est.

regula ... 1

sillogismi disjunctivi.

quando una pars disjunctionis negatur in minori, altera debet
affirmari in conclusione. ut in vigesimo sillogismo in definitione 2.

regula ... 2

sillogismi disjunctivi.

quando una pars disjunctionis affirmatur in minori altera debet
negari in conclusione. verbi gratia.

deus est ens vel perfectum vel imperfection.

est ens perfectum.

ergo non est ens imperfectum.

Scholium ... 2

ad explorandam hujusmodi sillogismi bonitatem, reduces illum
ad formam simplicem tollendo de majori disjunctionem, et minus
adversum, ita ut major contineat dum taxat minus extreum
ac medium; quod factu facillimum est.

regula ... 3

sillogismi disjunctivi copulativi.

sillogismus copulativus non potest concludere nisi negative: ut
prolatetur per quid definitionem.

regula ... 2

sillogismi copulativi.

in sillogismo copulativo minor debet esse affirmans: quia
semper una pars copulata affirmatur in minori, ut
altera negetur in conclusione.

Scholium ... 3

sillogismum copulativum facies simplicem, si tollas de
majori minus extreum, sive ex duobus membris
copulatis tanquam terminis conficias propria negantem.

unde iste sillogismus.

hodierni logici non student simul et otiantur

logii otiantur.

ergo hodierni logici non student.

sic reducitur ad formam simplicem.

qui otiantur non student

hodierni logici otiantur

ergo hodierni logici non student.

objectiones cum solutionibus.

objicet.

leges sillogismi conditionalis observantur in exemplo subjecto

Si japones sunt maevmeti discipuli sunt infideles.

japones sunt infideles.

ergo japones sunt maevmeti discipuli.

et tamen sillogismus non recte concludit ergo

R.N. primam partem antecedentis namque implicite peccat contra secundam regulam deinde per reductionem vides medium esse his particulare ergo

Scholium.

sillogismus conditionalis viciosus esse probet primo si ex affirmatione consequentis in minori affirmetur antecedens in conclusione, ut in exemplo ultiiori; quia consequens non est causa antecedentis, sed antecedens est causa consequentis secundo si ex negatione antecedentis in minori negetur consequens in conclusione. verbi gratia.

Si avarus est fur est improbus.

avarus non est fur

ergo avarus est improbus.

potest enim avarus esse improbus si et non sit fur quamvis

necessariō sit improbus in hypothesi quod sit felix
objicies.

juxta definitionem sillogismi disjunctivi, numquam hujusmodi
sillogismus praeceperet, falso consequens ergo et antecedens
R-N. sequelam majoris. talis enim sillogismus viciosus
est primo propter imperfectam enumerationem in
majori factam, id est in minori

qui quis est vita functus vel est in inferis, vel in celo

tunc jam vita functus non est in inferis.
ergo tunc jam vita functus est in celo.
potest aliquis jam vita functus esse in purgatorio. secundo est
viciosus, si membra disjuncta non se mutuo excludant,
quod accedit in isto sillogismo,
impii punientur in hac vita vel in altera
punientur in altera vita
ergo non punientur in hac vita
quando quidem impii possint puniri et in ista et in altera vita
objicies.

haec pars sillogismus copulativus viciosus erit?

R. hujusmodi sillogismum esse viciosum, quando una pars
copulata negatur in minori, ut altera affirmetur in
conclusione, ut sit in isto casu
nemo potest simul esse totale et parvulus
chrenes non est totale
ergo chrenes est parvulus.

hic ita vides prima premissa non continent conclusionem,
cum possit chrenes aliud aliquis nec esse totale; ut autem
valeret consequentia, major debet sic se habere; nemo potest

simul nec esse tales nec parisiis, cum tunc major solet vere
continens, et minor vere applicativa. uno verbo regula
sillogismi copulativi ista fundantur, regula, prejovem semper
sequitur conclusio partem, quam quoties spem, utrum
facies sillogismum copulativum.

CAPIT. 2.

de

forma sillogismi
articulus unicus.
definitione

Definitio. 1. de figura sillogismi

figura sillogismi est dispositio medii respectu extremorum.

Definitio. 2.

quadriplici ratione medium in praemissis disponi potest
respectu extremorum, vel medium est subjectum in majori,
et praedicatum in minori, en habes primam figuram, vel
praedicatum in utraque præmissa, et habes secundam
figuram, vel subjectum in utraque, en habes figuram
tertiam, vel denique praedicatum in majori, et subjectum in
minoris, en quartam habes figuram; quad quatuor figurae
subscripti dicunt versiculi.

Sub, p̄ro, prima figura dicitur; capit, altera p̄ro, neque
tertia sub, sibi vindicat ultima p̄ro, sub,
quatuor sunt figure sillogismorum.

probatur totusplex est figura, quatuorplex est in praemissis
dispositio medii cum duobus extremis, atque dispositio medii
cum duobus extremis est quadriplex in praemissis, Definitione 2
ergo figura sillogismorum est quadriplex, ergo.

objectiones cum solutionibus.

objicies ... I ...

tres tantum sunt figurae. ergo ~~XXX~~

R. N. A.: et ad rei demonstrationem proponatur exemplum quoquacumque figurae.

sub, pr. prima figura capit: verbi gratia

omne bonum est amabile

omnis virtus est bonum.

ergo omnis virtus est amabilis.

capit altera pr. sub, verbi gratia

nullum vitium est honestum.

omnis virtus est honesta.

ergo nulla virtus est vitium.

tertia vult sub, sub, verbi gratia

omnis virtus est honesta.

envis virtus est utilis.

ergo aliquod utile est honestum.

ultima pr. sub, verbi gratia

omnis temperantia est virtus

omnis virtus est laudanda.

ergo aliquod laudandum est temperantia.

ergo non sunt tres tantum figurae.

instabat ... I ...

Sillogismi quos dices pertinere ad quartam figuram, revocaruntur ad primam. ergo tres tantum sunt figurae.

R. N. A.: namque ex dualis premisis in quarta figura, concluditur aliquid diversum, ab eo quod ex iisdem premisis in prima figura concluditur, ut in sequentibus sillogismis, quorum primus in prima, secundus in quarta figura est:

omne animal est vivens
omnis homo est animal
ergo omnis homo est vivens.

omnis homo est animal.

omne animal est vivens.

ergo aliquod vivens est homo.

AM. II.

evidenter duo illi sillogismi constant eisdem premissis, et conclusiones habent diversas; ergo ex eisdem premissis diverse conclusiones evinuntur, in prima et quarta figurâ; ergo sillogismi quarte figura non sunt ad primam revocandi.

instabis.

figura quarta non differt a prima, nisi per meam premissarum transpositionem: atque mera premissarum transpositio, non constituit differentiam essentialern inter utramque, ergo utraque non differt essentialiter; ergo

R. N. MAJO:

ibi enim non est mera premissarum transpositio, ubi est diversa dispositio medii, et conclusio diversa a conclusione que est in prima figurâ; atque in quarta figura diversa est medii dispositio, et conclusio diversa a conclusione que est in prima figurâ, ex iudicis;

ergo

instabis.

ad probationem proportionatum sillogismi sequentes.

omnis homo est animal.

omne animal est vivens.

ergo aliquod vivens est homo.

omne animal est vivens.

atque omnis homo est animal

ergo aliquod vivens est homo.

quibus potitis, sic argumentos secundus sillogismus qui

juxta te est in quartâ figurâ revocatur ad primam figuram; atque evidenter in isto sillogismo mera est præmissarum transpositio, ergo aliquis sillogismus in quartâ figurâ revocatur ad primam solum transpositione præmissarum.

R-N-MA: in eo enim medius terminus est prædicatum in majori, et subjectum in minori, ergo non revocatur ad primam figuram.

instabiliſ... 4.

in eo sillogismo medium est subjectum majoris et prædicatum minoris, ergo revocatur ad primam.

R-N-A: quocumque etenim modo transponantur præmissæ, ista præpositio; omnis homo est animal. Semper enim major sive primo sive secundo loco ponatur. quare? quia illa præpositio est major quæ continet majus extrellum cum medio; atque hoc præpositio omnis homo est animal. si continet majus extrellum cum medio. si quidem majus extrellum semper est attributum conclusionis et dicta præpositio illud continet, ergo dicta præpositio est major: ergo in prædicto sillogismo, medium non est subjectum majoris et prædicatum minoris.

instabiliſ... 3.

ista præpositio omnis animal est vivens continet attributum vivens quod est majus extrellum; ergo ista præpositio omnis homo est animal non illud continet.

R-N: suppositum antecedentis, nempe quod vivens sit majus extrellum ut probet ex dictis.

objiciſ... 3.

nulla sunt regula quanto figurâ, ergo 4 figura non est admittenda.

R-N-A. namque tum figura quarto, tum alterum figurarum
regule istis verbis continentur.

. sit minor affirmans, primo major generalis;
una negans esto pro, pro, una major generalis.

Sit minor affirmans tertio conclusio particulae.

Si major quarto affirmet, tum ampla minor sit.

Si minor affirmet, conclusio sit specialis.

questio quando negat, major generalis habetur.

ergo quarta figura sicut et ceterae suas habent regulas.

instabis.

hujus modi q regule nullis rationibus probari queunt, ergo
nullae sunt.

R-N-A. quandoquidem in prima figura primo minor debet
esse affirmans, quod sic demonstro: si minor esset negans, conclusio
foret negans, ergo attributum conclusionis foret universale; atqui
illud idem attributum fuisset particularare in majori, cum fuisset
attributum majoris, in illo casu affirmantis; ergo attributum
conclusionis seu majus extremum, sumeretur universalius in
conclusione quam in premissis, quod est contra regulam.

secundo major debet esse generalis.

Si quidem ex ijs demonstratis minor debet esse affirmans, ergo
medium quod est ejus attributum, est particularare; ergo restat ut
sit universale in majori: atqui non potest esse universale in
majori quin faciat universalen majorem; cum sit ejus subjectum:
ergo major debet esse generalis. Sic tute poteris demonstrare
ceteras regulas, quarum rationem hic indicabo unico tantum
verbo.

in secundā figurā.

primo una p̄missarum debet esse negans: alioquin medium sumeretur bis particulariter. secundo major debet esse generalis: alioquin majus extreum est universalius in conclusione, quam in p̄missis.

in tertīa figurā.

primo minor debet esse affirmans, ut liqueat omni attendenti. secundo conclusio debet esse particularis: alioquin minus extreum est universalius in conclusione quam in p̄missis:

in quartā figurā

primo si major sit affirmans, minor debet esse generalis: alioquin medium foret bis particularē. secundo quando minor est affirmans, conclusio debet esse particularis: alioquin tunc minus extreum foret universalius in conclusione quam in minori. tertio quando conclusio est negans, major debet esse universalis: alioquin tunc majus extreum latius prateret in conclusione, quam in majori.
ergo prodicta regula suis irritantur rationibus.

CONCLAVIUM.

hinc, in primā figurā potest concludi quocumque modo, id est, vel per propositionem universalem affirmantem aut negantem, vel per propositionem particularem affirmantem aut negantem; alioquin in eā sola conclusio esse potest universalis affirmans; in secundā figurā, conclusio est semper negans: in tertīa conclusio semper est particularis; in quartā denique concludi non potest per universalem affirmantem, sed per universalem negantem.

per particulararem affirmantem, per negantem particulararem
objicies.

an objiciis istum sillogismum.

non omnis qui dicit mili domine domine intrabit in regnum
colorum.

Sancti dicunt mili domine domine.

ergo sancti non intrabunt in regnum colorum.

respondemus eum non recte concludere, quia apparenter
tantum observat leges primæ figure, in qua major debet
esse generalis. porro major hujus sillogismi equivalet
particulari; propter universalitatem notam omne conjunctam
cum particulari non quo proponitur nota deinde
sillogismus peccat contra istam regulam. ambo affirmantes
nequeunt generare negantem.
an proponis istum?

lex divina præcipit colere humilitatem
temperantias non est humilitas.

ergo lex divina non præcipit colere temperantiam.
respondemus eum esse non, in secundâ figura, ut apparet, sed
in primâ, ut probatur mutando conclusionem à voce activâ
in passivam isto modo.

humilitas est colenda ex precepto legis divino.

temperantia non est humilitas.

ergo temperantia non est colenda ex precepto legis divino.

ubi minorem vides negantem, contra regulam primæ figure.
unde cont conclusio non continetur in premissis. idem
dicendum de isto exemplo.

euangelium promittit salutem christiani

sunt improbi qui sunt christiani.
ergo evangelium promittit salutem improbis.

maius extreum non continetur in majori ubi medium
sumitur particulariter sicut in minori. sillogismus est in
secunda figura; et peccat contra regulam una negans
est. p*ro*p*ri*e*ce*, p*ri*mo. an affers istum.

solus homo est mortalis.

petrus est mortalis.

ergo petrus est homo.

respondemus cum recte concludere in secunda figura, quia
major exclusiva, quo includit partem negantem continet
conclusionem. unde ea propositio exclusiva istum inducit
sillogismum legitimum in primâ figurâ:

quicquid est mortale est homo

petrus est mortalis

ergo petrus est homo.

an addis istum?

fleentes rident

herodachthus est fleens.

ergo herodachthus rident.

respondemus hic esse paradoxum. seu fallaciam compositionis
et divisionis quo sit quando affirmatur de rebus quibusdam
similiter juntur, id quod non verum est nisi cum sunt separatae,
et quando affirmatur de rebus separatis, id quod non verum
est nisi cum similiter juntur. unde major sumitur in
sensu diviso, ejusque sensus est, qui prius erant fletentes nunc rident.

minor vero sumitur in sensu composito quippe jungit actualē
fletum cum horacito. ergo ~~Deo~~
huc referimus calvinistarum paralogismū seu sophisma
(quod nihil est aliud quam vitiosæ et captiosæ argumentatio.)

qui natus est ex deo non potest peccare
homo justificatus per baptismum natus est ex deo
ergo homo justificatus per baptismum non potest peccare

ubi fit transitus a sensu composito ad sensum divisum.

an obiectum istum:
emisti carnem crudam
manducasti quod emisti
ergo manducasti carnem crudam.

respondemus ibi fieri transitum ab una qualitate quo-
Supponitur conservari et quod tamen est amissio est ad alioem
qua acquisita fuit.

Scholiū.

peccabit quoque sillogismus, quando fiet transitus a sensu
collectivo, ad distributivum, a propositione modificata ad
non modificatam, a non restricta ad restrictam, a dicto
simpliciter seu absolute ad dictum secundum quid seu
respectivē, et viceversā, a genere ad genus, a generibus
singulorum ad singula generum; a statu ideali et mathematico
ad realem et phisicū, a suppositione rei ut verae quo
tamen falsa est. sic sunt ista: numerus binus est major.
unitate ergo est magnus: non facies tibi sculptile ut
adores illud, ergo nulla facienda sunt sculptilia.

peccabit sillogismus fallacia accidentis quando aliqui
rei aliquid absolute tribuitur, quod tamen illi non convenit
nisi per accidens. ut si quis proecclesim tamquam reipublice
poniam incusaret, quia sunt poeta qui perdite viventes
perdite scribunt.

peccabit sillogismus enumeratione imperfecta

peccabit sillogismus non causa pro causa, quando assignatur
pro causa aliquius rei id quod non est illius rei causa. ut
dum dicitur, si hoc ita esset, inde sequeretur quod post hoc.

ergo propter hoc

peccabit sillogismus equivocatione quando aliqua vox sumetur
in uno sensu, in uniuersitate et in alio, in aliis.

peccabit sillogismus ignoratione elemosini quando adversarius
probabit quod non est in questione, et quod ei non negatur.

peccabit sillogismus petitione principii, quando logicus ad
agendum contra adversarium exhibet quod est in questione
vel quod illi negatum est quodque est probandum, ut si
quis in disputationis ostu ad responderendum difficultati
contra suam thesim allato, pro ratione afferat ipsam
thesim; vel si quis in eos qui animam fingunt esse
corpoream sic argueret: materia non cogitat. ergo
anima humana non est materialis.

peccabit sillogismus circulo viciose cum quaevis per se
ipsas metus probantur. ut si quis probaret circumferentia
circuli frontes singulae eque a centro distare, quia omnes
radii sunt aequales, et si probaret radios omnes ideo aequales
esse quia singulos punctos circumferentiae aequaliter distant a centro.

Scholium.

hic consutto taxemus sillogismorum modos qui nihil aliud sunt quam dispositio propositionum, quatenus iste sumuntur ternis suis questionis speciebus, id est, ex affirmante aut negante ex universalis aut particulari; et qui pro variorum propositionum combinatione possunt esse sexaginta quatuor, reducendi ad decem. si quid olei puerendum habetis, horum grandia hoc nomen, barbara, caccardo, barroquo, barnabip, memoriter additatis, et alia id genus proclarè effata, humani factus ingenii chimerarum feracis.

quoque hic taxemus sillogismorum reductionem, tunc ostensivam, tum ad impossibile, protius ad torquendas quam ad collistrandas dicipitorum mentes inventam; ut ad utiliora simul et facilitiora, toto pede curramus.

Lectio tertia.

De

variorum speciebus argumentationis.

praeiux post sillogismum argumentationis species sunt, prosillogismus, enthymema, epiquerema, dilemma, inducitio, exemplum, solita, de quibus hoc unico articulo non multis verbis agemus.

articulus unicus.

De

argumentationibus

œ sillogismo distinctis.

De prosillogismo.

prosillogismus est argumentatio constans vulgo quinque
argumentationibus quae duo complectuntur sillogismos; ita ut
conclusio primi nomine tertia propositione sit una pro missarum
secundi. verbi gratia.

quod non habet partes est immortale.

atque substantia spiritualis non habet partes.

ergo Substantia spiritualis est immortalis.

atque mens humana est substantia spiritualis.

ergo mens humana est immortalis.

hujus modi argumentatio eo magis arvidet quod sit
brevior duobus sillogismis quae incedunt et nullam tamen
propositionem subintelligenda retineat. posset addi tertius
sillogismus duobus prioribus sicut secundus fuit additus.

de enthymemate.

enthymema est argumentatio duobus tantum constans
propositionibus quarum secunda scilicet consequens deducitur
ex altera que dicitur antecedens, non differt a sillogismo,
nisi in eo quod pro missarum unco, sive major sive
minor retineatur in mente; et ideo sillogismus truncus
appellatur, ut hoc enthymemata duo:

justitia est virtus.

ergo justitia est laudabilis.

omnis homo est animal.

ergo petrus est animal.

in primo major subauditur, et in secundo minor. nec
unquam enthymema concludit nisi in vim propositionis
subintellecor. ejusmodi argumentatio ex majorem
sermoni vim addit quo brevior est. sic istud orationis
enthymema. servare potui, perdere an prossimum rogade.
longe aliter animum sume quam hic sillogismus.

qui potuit servare, idem potest et perdere
aliqui potui servare
ergo potuisse perdere.

imo ad majorem brevitatem aliquando ambo enthymematis
contrahuntur in unam, quo ideo appellatur enthymematica,
quod in usu est apud oratores ut mortalis non tardes
converti ad dominum.

De epiquevermate.
epiqueverma est sillogismus cuius alter utri vel utrique
præmissa sua probatio adjungitur, prædicta
conclusio deducatur. ciceronis oratio pro milone nihil
est aliud quam unicum epiqueverma, cuius major est.

quod probatur lumine naturali, jux gentium et exemplis, minor
vero est, atqui clodius miloni est insidiatus,
quod probatur ex clodii apparatu et fugâ tandem
deducitur conclusio.
ergo milo potuit interficere claudium.

De Dilemmate.

dilemma est argumentatio pluribus sillogismis composita, in qua post divisionem totius in suas partes, id concluditur de toto quod conclusionum fuerat de quavis parte verbi gratios. si probarem nullam felicitatem impiis sperrandam esse, hoc modo

vel impiis moriendo pereant toti secundum animam et corpus, vel eorum anima sunt imortales.

aliqui si toti pereant nulla spes felicitatis eos manet,

si eorum anima sint imortales, nulla quoque spes relinquitur impiis, sed eternis pars crucibus utur.

ergo omnis spes felicitatis admittitur impiis.

ad argumentationis legitimitatem requiritur primo ut disjunctio que sit in majori sit accurata, ita ut totum distribuatur in omnes suas partes, vel enumeretur omnes hypotheses que fieri possunt: alioquin tota rueret argumentatio. secundo conclusiones particulares debent necessario deduci ex medio.

adverte quod omnis argumentatio que continet propositionem disjunctivam non sit dilemma, sed ex tantum quae in conclusione dicit de toto quod in minori de singulis partibus probatum fuit.

De inductione.

inductio est argumentatio que, in enumeratione plurium

45

sive generum, sive specierum, sive individuorum,
aliquid commune sive de generibus, sive de speciebus, sive
de individuis concluditur. ut si quis dicat

aurum, argentum, plumbum, ferrum, hydrargium,
sunt gravia, nec reperiatur aliud metallum aliud
quod non sit grave,
ergo omnia metalla sunt gravia.

hic conclusio est moraliter universalis.

De EXEMPLIO.

exemplum est argumentatio aliquo singulare ad aliquid
singulare, ex aliquo facto ad aliud factum concludens
propter similitudinem, scpius vitiosus raro probabilis,
numquam invita est oratori captior philosopho, verbi q:

petrus studendo profficit.

ergo pariter jacobus studendo profficit.

unde nos legiconum, potius exemplum secuti quam nostrum
logitandi modum, inductionem et exemplum inter
argumentationis species rescensumus: ille enim non
habemus ut argumentationem legitimam.

De SOLITE.

Solites seu gradatio est argumentatio multis constantibus
propositionibus ita dispositis ut attributum prime fiat

subjectum secundæ et attributum secundæ fiat subjectum
tertiæ, et sic deinceps. Donec in conclusione subjectum
prima cum ultimæ attributo jungatur ut in isto exemplo

avari multa desiderant.

qui multa desiderant multis egerint

qui multis egerint sunt miseri.

ergo avari sunt miseri.

quaer ut argumentatio sit vera, quilibet terminus eodem
sensu eademque extensione sumi debet in utraque propositione;
alioquin nulla foret connectio inter subjectum primæ
propositionis et attributum ultimæ ut infra videt;

qui hebreus est bene dormit

qui bene dormit non cogitat malum

qui non cogitat malum non peccat

qui non peccat salvabitur

ergo qui hebreus est salvabitur.

~~Si hebreus est salvabitur, hebreus est bene dormit.~~

ex natura et regulissillogismi.

Ad hanc
locutionem illam adiungimus haec ostendere ut videlicet
dictum suum confirmare hoc trito sive nullius significacionis

Sectio secunda et ultima

logicoꝝ.
De
mentis operationibus &
ratiocinio diversis.

cetero, post ratiocinum, mentis operationes sunt ut supra dictum est, idea iudicium, et methodus, de quibus tripliciter distinctione diligendum quam breviter propter.

Lectio prima

de
ideis -

lectionem istam ~~duobus~~^{unius} absolvemus capite, ubi varia
explicabimus percipiendi formas quo habent relationem
ad ratiocinium: seu definiemus quam varia nomina obtineat
nostra percipiendi facultas, pro vario ideas considerandi
modo, logice candidatis accommodato, et distinctione ac de-
re in intellectu tractande relinquimus.

caput unicum.

De variis perceptionum speciebus.

Duo erunt capituli hujus articuli, quorum primus de idearum proprietatibus secundus de ideariorum signis sermonem non longum faciet.

articulus primus.

De

idearum proprietatibus.

articulus hucus tot paragraphis dividetur quot postulabit ordo rei dilucidando.

paragraphus primus.

De

idearum natura.

primo idea seu perceptio seu apprehensio seu conceptio, seu cogitatio, ut iam definitius in ipso logico liniente est objecti representatio in mente sine affirmatione aut negatione, ut idea spiritus, corporis hominis ludovici. Secundo animo, potest percipere objecta tribus potissimum modis per intellectuam pruasim, per imaginacionem, per sensus. intellectio pura est prima et nobilior cognitionis species, qui mens aliquid cognoscit sine oper sensuum, et sine ulla imaginatione materiali facta in cerebro. Sic animo percipit spiritualia, sic universalia, sic notiones communes, sic

idea infiniti, sic ideam perfectionis, sic generatim suadum est cogitationes, cum illas cognoscit per reflectionem supra se factam. Sic anima cognoscit extensionem cum suis proprietatisibus; cum sola intellectio pura possit percipere circulum, et quadratum perfectum, Kliogonum et similia.

imaginatio est quando mens aliquid percipit ope imaginis in cerebro exarato. Sic percipimus sollicitia materialia, cum viens objecta que sunt absentia facit sibi presentia per quondam ut ita loquitur imaginem in cerebro factam. unde non possumus imaginari spiritualia.

sensatio est status animae, quando percipit objecta sensibilia per sensus; cum scilicet objecto presentia faciunt impressionem in organis exterioribus corporis, eaque impressio communicatur cerebro.

tertio ad triplicem generalem percipiendi modum referuntur; conscientia cum mens se ipsam suadque affectiones cognoscit: memoria seu reminiscencia cum mens aliquam renovat aut recuperat ideam sine objecti ejus ope:

ignorantia si mens pone nullas comparavit cognitiones aut comparatas ammisit:

stupiditas si mens tarda atque segnis ideas in suo quasi thesauro reconditam non ex possit resolute celeritates quae subitos et familiares ad usus necessaria est cum luculentio potest

atque, ut fuit olim, cum fontanio, excellentissimo illo nugatore,
 sub quo mundiori vestitu decorata fabula proposita.
 ingenii accumen, et phantasico, si ideas quandocumque opus
 est, mens habeat in promptu:
 contemplatio si diu aliquid attente consideret:
 intentio sive studium: si contemplatio sit in majori gradu,
 seu cum mens in eis vis ideas contemplatione penitus
 defixa haeret, cum eam unde quaque intuetur, nec aliarum
 idearum in vestimento ab illius intuitu facile revocatur:
 effuga sine ordine cogitatio, seu somnium: gallite reverie: si
 idee hac illae fluctuant nequaquam ad vertente anima seu
 intellectu:
 convenientia: si repugnantes alieno, ac procul dissentientes
 ideas conjungantur in mente; si mens huius decepta fragmentis
 ea pro veris habeat, et si forte ex eis recte concludat:
 ingenii imbecillitas: qui solet et in idiotis facultatibus
 intellectualibus ita vives nerisque deficiam, ut raro aut
 pene nullas anima propositiones et ratiocinias conficiat:
 comparatio: si mens idearum suarum respectus varios et
 discriminas consideret:
 iudicium: si mens ideas repugnantes separat, aut convenientes
 conjungat, aut apparenter dissimiles contrarias vtere coruicit
 denique ea anima facultas cuius est dumtaxat, ideas in se
 recipere, dicitur intellectus; ea vero ad quem pertinet vello
 et iudicare, appellatur voluntas; hinc celebris ista distinctio
 mentis et animi, (l'esprit et le coeur) ubique excepta non

tamen illa duo facultates sunt quid in anima diversum, quasi
ad diversas anima veluti partes pertinuerent: eadem enim est
anima, modo intelligens, modo volens; sicuti idem corpus
est illud quod modo movetur, modo quietur; voluntio est
prosecutio boni aut fugia mali; quae presupponit judicium
qui cum anima habet voluntates, quae sunt actus
voluntatis; non judicat bonum verbi: esse amandum, sed
illud amat, facto priore judicio de bono amando.

paragraphus 25.

De

idearum objectis.

primo objectum *idea*, est illud omne quod menti representatur,
est que vel *substantia*, vel *modus substantiae*, vel *substantia modificata*.

substantia est id quod subsistit in se, nec *subjecto* indiget
ullo ut existat; ut *corpus mens modus seu accidentis*, est
illud quod advenit *substantiae*, nec potest sine illa subsistere;
ut *mollies in cera molle*, ut *motus in corpore moto*, ut
latitudo in hilari animo. *substantia modificata* est
substantia certo modo determinata: sic dum
considero *globum*, non mihi representatur *corpus* precise
nec precise figura, sed *corpus figura sphaericus*
determinatum. *Secundo*: sicuti duplex est *substantia*, *spiritus scilicet et corpus*

ita modi sunt duplicitis generis, alii nempe spirituales, ut
 amor, desiderium, spes, ira, tristitia: alii corporei, ut motus,
 figura, quia. isti tamen decurrent corporei, quia afficiunt
 corporis; alioquin sunt considerationes factae in mente.
 tertio modi quicunque sint, sunt, vel apparentes, vel
 veri, vel interni, vel externi, vel privativi, vel negativi.
 verius modus, ille est quem iam definivi; apparentes,
 est ille qui concupitus ad instar modi, licet non sit modus,
 ut humanitas que concupitus tangquam aliquid habens
 humanitatem. internus concupitus ille qui inheret substantiis,
 ut motus, ut figurae quo inheret corpori. externus
 appellatur ille qui non recipitur sive inest ⁱⁿ substantia sed
 pendet ab actione alterius, estque mera denominatio
 extrinseca, ut visus, amatus, cognitus, petrus, joannes:
 privativus habetur quando substantia caret modo cuius
 est capax, ut ignorantia, injustitia in mente:
 negativus nominatur carentia hujus cuius substantia
 non est capax, ut carentia cogitationis in lazie:
 Substantivus est substantia unita alteri substantiae et
 considerata tangquam modus; ut vestitus, armatus,
 homo vestitus aut armatus, potest considerari. Sicuti
 totum compositum homine ejusque vestibus aut armis.

paragraphus.... 35.
 idealium veritate et claritate.

Opusculo veritas idea est illius conformitas cum objecto percepto; quoniam autem idea est semper conformis objecto percepto, seu representat semper id quod representat, idea dicenda est semper vera. hic appellamus objectum idea, id quod est praesens menti, non vero oculis.

Secundo ideam dico claram, quo tota quanta est menti praesentemente percipitur, talis est idea totius et eius partium, idea numeri quatuor.

Hinc omnis idea est clara ratione sui. potest quidem una idea esse magis perfecta, magis completa, magis adequata, magis extensa, seu maiorem habere totalitatem quam alia; quando scilicet representat plures partes aut proprietates in objecto. sic omnis facula accensa clara est in se, et conjuncta cum aliis facultatibus par est collustrando ingenti cubiculo. sed nulla est idea obscura aut confusa ratione sua. Tertio idea distincta dicitur, quo si representat objectum ut illud distinguat ab omni alio; quales sunt ideas circuli et trianguli. Quarto ideam appellant vividam quo gravem facit impressionem in anima, seu quae diu tenet attentionem anima fixam in objecto: talis est idea producta occasione grandium spectacularium. ideam debilem dicunt quo levem facit impressionem in mente; seu quae mente facile labitur, cuique aliae sceleriter succedit. sic sunt ideas bonitatis, sapientie, justitie, et alias id genus quo uno instanti nascuntur, uno instanti moriuntur.

paragraphus 45.

ideas simplicitate et compositione.

Opusculo ideas scilicet dicuntur illae, quo ex pluribus aliis non formantur, seu in quibus plura non distinguere possumus: unde non definiuntur.

Secundo idea composite est illa qua resultat ex congerie plurium
idearum simplicium; qualis est idea mortis aurei, hominis
armati, trans rotunde, trianguli; idea hominis qua sit ex ideis
spiritus et corporis; idea christi qua sit ex ideis hominis et dei;
pariter ideas modorum composite ex simplicibus ideas variorum
aliorum modorum; nesciisque ex ideis illis composite, sicut
aliae magis composite. uno verbo ex ideis, licet numero
paucissimi, componuntur nostra omnes cognitiones infinitae;
dum scilicet mens ead ideas variis sine fine modis componit aut
resolvit, amplificat, vel constringit, sciat vel distinguit.
nonne videmus quanta nominum multitudo e viginti quatuor
literarum varia combinatione et complectione oriri possit.

Tertio. idea numeropartis collectivæ, qua convenit multis simul
sumptis, ut idea serotinus. idea est absoluta, si representat
objectum nullam habens relationem aut dependentiam cum
idea aliud rei; ut idea solis, cœli, idea erit relativæ cum
representabil objectum, aliquam habens relationem aut
dependentiam, cum idea aliud rei; ut idea patris, magistri,
heni magni, longi, alti, vasti.

Quarto omnes ideas in primâ sui origine, id est antecedenter,
ad earum combinationem à mente factam, sunt simplices
ac indivisibles, ut ideas qualitatum sensibilium. ideas
substantiarum realium et existentium, sicuti et ideas variorum
hominis actionum sunt composite; ut ideas corporis in qua
distinguo sursum, deorsum, anterius, posterius.
ideas spiritus, in qua distinguo ideas variorum ejus facultatum.

B. 5.

idea misericordie, in qua distingo ideam miseri, homini miseri,
et hominis dolentis vitam alterius:

idea irae, et alio id genus idea sunt pariter composite.

De

extensione, comprehensione, abstractione,
et restrictione idearum.

¶ primo. extensio idea sunt omnia subjecta seu inferiora ad quae
idea se extendit, aut quibus illa convenit. sic extensio idea regni
sunt singula regna, unde ratione extensionis, idea solet dandi in
singularem quo representat unum individuum determinatum,
ut idea tolos: in particularem, quo representat aliquam partem
id indeterminatam sue extensionis: in universalern quo omnia in
eadem specie representat ut idea omnis figure. ista differt a
collectivo, in eo quod primos conveniat multis simul sumptis et
diffim, secundos vero conveniat multis simul tantum sumptis;
¶ Secundo. comprehensione idea sunt omnia attributa necessaria ad
constituendam ideam, ita ut si unum tollas attributum, tollas
et jam di ideam, ut jam diximus.

¶ tertio. abstractio idea seu praescissio est consideratio unius, alio non
considerato in eadem re; seu est operatio mentis ex aliquo idea
composito detrahentis residenter aut separanter aliquid verbi
gratia. Si ex idea animalis rationalis, detrahatur attributum
rationalis, quo attributo hoc idea ad solos restringitur homines,
super est idea animalis, quo homini simul et bellua convenit; et
ista universalior idea, nempe idea animalis, dicitur abstracta respectu

prime, id est r̄spediu ideo animalis rationalis.

Sic passum considerare misericordiam dei non considerata ejus justitia: sic dum concipio scholasticum malum, quamvis in scholastico malo, scholasticus et malitia sint unum et idem, passum tamen considerare unum sine alio verbiq; scholasticum vel quatenus scholasticus, vel quatenus est malus. in hujusmodi autem abstractione mens nostra nullo modo decipitur, quia sciens et tradens talēm exhibet abstractionem, et cum concipit unum sine alio, non ideo affirmat unum esse sine alio; unde nocturnum proverbium: *abstrahentium non est mendacium.*

abstraction autem fieri potest vel abstrahendo medium a modo in eadem substantiā; ut cum in lacte considero dulcedinem non considerato candorem, vel abstrahendo partem rei a tota; ut cum considero brachium hominis, omissa reliqua corporis consideratione: vel abstrahendo modum substantiae ibi ipsa substantiā; ut geometra qui considerant lineam abstractam a corpore: vel abstrahendo aliquod attributum essentiale uni ideo: ab aliis attributis ejusdem ideo: verbiq; dum concipio quadratum, quod est figura terminata quatuor lineis rectis cuius latera opposita sunt parallela, cuius anguli sunt recti, et omnia latera ~~aequalia~~: unicā ideo simul concipio quinque illius attributū: primo esse figuram. secundo esse figuram quatuor lineis rectis circumscriptam. tertio esse figuram cuius latera opposita sunt parallela. quarto esse figuram rectangularē. quinto esse figuram equilateralem. jam vero si per abstractionem mentis detrahām quintum attributum quadratum

tunc non erit quadratum, sed rectangulum; si detrahatur quartum attributum, rectangulum erit tantum parallelogramum; si detrahatur tertium attributum parallelogramum, erit dumtaxat quadrilaterum; tandem si abstraham secundum attributum sola remanebit idea figura, qua communis erit omnibus figuris. quarto restrictio idea est limitatio per additionem alicujus attributi aut modi; quo sit ut idea non se se extendat ad tam multa inferioria. sic ideo animalis qua in sua extentione continet hominem et belluam, restringitur ad solum hominem per additionem rationalis. unde restrictio est abstractioni proposita.

COROLLARIUM.

hinc sit primo ut quo idea est restrictior, eo maiorem habet comprehensionem, sed minorem extensionem; ac proinde et quo idea est abstractior, eo maiorem habet extensionem sed minorem comprehensionem; ac proinde idea per abstractionem fiat ex singulari universalis, et ex universalis universalior.

hinc sit secundo ut per restrictionem idea universalis mutetur in singularem aut particulararem: si quidem idea singularis aut particularis nihil aliud est quam ipsam idem idea universalis limitata et circumscripta. sic ideo casavis est idea hominis restrictio ad casarem.

PROPOSITIO.

mentis abstractio reddit iideam ex singularibus universales probatur: abstractio est cognoscendi seu considerandi modus quo mens veluti separat aliquam ideam a certis aliis ideo a certis

circumstantiis loci, temporis, personae, uno verbo ab omnibus differentiis, ut aiunt numeris et individuantibus: atque per hujusmodi considerandi modum, ideo sunt ex singularibus universales, ut evidens est: ergo ~~ideam~~

EXEMPLUM

Supponamus me habere ideam singularem talis vase determinatae, ut hanc ideam universalem faciam, sic procedo.

Primo per mentem separo ideam vase & circumstantias quae illam faciunt talem vasam: non attendo verbiq; ad aliquam magnitudinem determinatam, ac talem locum ad tale tempus; tunc idea quae prius erat singularis, et uni tali vase conveniebat, sit idea vase generativi, quae nunc convenit non tantum huic tali vase, sed omnibus vasis.

Secundo ulterius progrederor, et per mentem separo omnes circumstantias quae ideam meam faciunt ideam vase potius quam tulippe, aut selli; uno verbo, attendo ad solam ideam floris: tuncque idea quo ante conveniebat solis vasis, convenit insuper aliis floribus, sitque idea communior.

Tertio. sit adhuc universalior, si attendam ad solam qualitatem viventis, quo convenit flori; vel ad solam qualitatem corporis vel ad solam qualitatem substantie, vel denum ad solam qualitatem entis: tunc enim idea sit universalissima.

Ergo ideas singulares abstractione sunt universales. unde ideas universales vulgo appellantur abstractas,

COROLLARIUM.

Ergo diversus est universalitatis gradus, pro ut abstractitur a pluribus aut paucioribus circumstantiis. Sic idea entis est

universalior quam idea substantiae; ista est universalior quam idea corporis; ista universalior quam idea viventis; ista universalior quam idea animalis; ista universalior quam idea hominis; ista universalior quam idea ludovici.

SCHOLIUM.

hic lacemus quinque universalia, quæ sunt quinque tormenta quibus excruciatur inale seriatu philosophi animus, quinque labyrinthi inextricabiles, quinque scopuli logicorum naufragii noti: quo sane vel ipse refugeret theseus, qui quoniam unum viscerit minotaurem, cum quinque congregari reuolaret. unde voluerem illam universalium gentem, quæ dum ipsam logici comprehendere cipiunt manus oculosque fugit, ontologie relinquimus propugnandam.

ARTICULUS SECUNDUS.

De idearum signis. observationes.

observatio primæ.

Signum est illud quod prius cognitionem, nos ducit in cognitionem alterius rei, propter cogniti connectionem quam habet authabere supponitur cum re illa; et duplex est, aliud signum naturale, aliud arbitrarium.

naturale habetur illud quod significat aliquid independenter ab hominum instituto, ut fumus qui est signum naturale ignis. arbitrarium est illud quod aliquid significat ex libero dunt taxat hominum arbitrio, ut hæderæ foribus appendæ est signum vinæ venabili.

Observatio secunda.

Signa id earum sunt gestus, locutio seu vox, Scriptura locutione ac gestu presentibus tantum, scripturā vero absentibus cogitata nostra proponimus. vox autem est sonus articulatus ab homine prolatus ad exprimerandas mentis cogitationes; et inter omnia vocum genera quae grammatica numerat, nos tantum nomen atque verbum admittimus.

Observatio tertia.

voces præter significationem primariam, aliam habent adjunctam quam accessoriām seu secundariām vocamus, sic vox ista *mentivis*, quæ primario significat, *dicis aditer ac sentis*, præterea indicat contentum aliquem aut aliquam ludendi aut jocandi voluntatem. porro illa significatio accessoria oritur, vel ex usu communi, vel ex voce tono, vel ex gestu, vel ex aliis naturalibus signis, quæ dum hominis loquentis motus et affectionem animi reffervant primariam vocis significationem ampliam minuant aut mutant. hinc eadem voces diversos existant motus, ex adjunctis oratoris coloribus: hinc oratores Sacri non cognitionem solum sed et amorem legis evangelicæ in animos auditorum injicere solent.

propositio.

voces humanæ non sunt signa naturalia cogitationum et verum cogitatarum, eo sensu quod independenter ab hominum arbitrio had vel illas cogitationes vel res cogitatas significant. probatur: nulla est necessaria connectio inter cogitationes vel res cogitatas, et inter voces quibus significantur: si quidem voces quo exhibentur ad significandas res aliquas aut quadam cogitationes, possunt usurpari ab hominibus ad significandas

alias res aut alias cogitationes. Sic vox luna, quæ vulgo planetam
significat, usurpatur apud chymicos ad significandum argentum
ergo ~~de re~~

objectiones cum solutionibus.

objicies primo.

voces sunt signa naturalia personæ loquentis, ergo sunt signa
naturalia id earum.

R.N. consequentiam et consequens; quamvis enim voces ex naturâ
suâ et independenter ab hominum instituto indicent personam
loquenter, ita ut auditâ voce alii uis, intelligatur quis sit loquens,
an vir, an foemina, an infans, an estate proiectus, an amicus, an
inimicus; attamen voces non sunt signa naturalia id earum: quare
quia significatio vocum pronitur, mutatur, et tollitur ad nutum
hominum.

præterea an omnes populi eadem voces usurpant ad significandas
eadem res, aut eadem cogitationes exprimendas: nonne suo hebreo, suo
latini, suo galli, suo cetera gentes sermone utuntur? quod sane non
fieret, si voces forent signa naturalia id earum.

hinc ex usu venit quadam voces esse honestas et verecunda, quadam
vero invereunda; non quod invereundia in vocis sono reveriantur,
sed quia ex usu habent invereundiam secum adjuntam, seu quia
in auditoribus existant ideas hominis, dignitati ac præstantie non
conformes.

objicies secundo.

octo sunt diversa genera vocum significantium ideas, ergo non sunt
tantum duo.

R.N.A: namque ad nomen referuntur pronomen, participium,
adverbium, et propositione; et ad verbum vero conjunctio et interjectio:
quare quia quidquid occurrit vocibus exprimendum, vel est objectum

de quo simpliciter cogitamus, vel judicium quod de eo ferimus,
seu modus et forma cogitationis nostra.

nomen autem (quod est dictio ab hominibus instituta ad significandum
ideam et ejus objectum sine affirmatione aut negatione) vel est
Substantium vel adjectivum. id est, significans Substantiam aut
aliquid ad instar Substantiae, vel adjectivum, id est, aliquid additum
Substantiae; vel abstractum, id est, significans unum consideratum
sine aliо in eadem re, ut frigiditatem in nive frigida; vel
concretum, id est, significans formam aut modum coniunctum
cum subjecto, ut sapient; vel appellativum, id est capax dici de multis,
nisi aliqui individuo determinato tribuitur per analogiam, ut
vōx rex pro ludovico decimo quinto, apostolus pro diu paulo, orator
pro cicerone, propheta pro davide; vel univocum id est multis
eodem modo conveniens, ut triangulus, unde est universale in
significando; vel equivocum id est significans aliquid multis
diverso modo conveniens, ut taurus, unde equivocum prius
est dividendum quam definiendum contra vero univocum;
vel analogum, id est, significans formas diversas in multis, sed
simili modo à singulis habitat. ut pес respectu hominis, montis,
cathedrae, arboris; vel attributum seu analogum attributionis,
id est significans eandem in multis formam, sed diverso modo
à singulis habitat, ut sanus respectu hominis, cibi, aëris
remedii, pulsus arterie, vel categorematum, id est significans
aliquid sine addito, ut homo, deus; vel sincategorematum,
id est significans aliquid cum addito, seu modo aliud
nomen addatur primo, ut omnis, nullus; vel sed
quid hī dictionarium vobis onerosum videmur scribere:
cetera coram in explicatione trademus:

lectio secunda.

*de
iudicio.*

*lectionis istius unum caput erit duobus divisum articulis,
quorum primus iudicii naturam, secundus ejus proprietates
expendet.*

capitulum

*de
naturâ et proprietatibus iudicij.*

articulus primus.

*de
naturâ iudicij.*

propositio prima.

judicium ex naturâ suâ est actus mentis.

*probatur: namque mens, in iudicando vel agit, vel mere
quiescit in idearum relatione cognita: alius mens in iudicando
affirmat aut negat non mere quiescit in idearum relatione
seu comparatione cognita; primo quia mens iudicando
affirmat aut negat, assentitur aut dissentit: atq. certe qui
mere quiescat in idearum comparatione cognita, non affirmat aut
negat, non assentitur aut dissentit; sed dum taxat percipit et
contemplatur idearum comparationem. Secundo quia mens iudicando
pronuntiat aut verum aut falsum: alius qui mere quiescit in perceptâ
idearum comparatione, neque verum neque falsum pronuntiat. quis
enim dixerit meram quietem esse veram aut falsam, qui vera esset aut
falsa, maximè vel veritate aut falsitate representationis, tum quia hoc
quiè non differret ab idem tum quia nulla datur falsitas representationis;*

non etiam veritate aut facilitate emuntationis, si quidem quies nihil emuntat nihil affirmat aut negat;
ergo mens judicando non mere quiescit in percepta idearum comparatione, ergo mens judicando agit, ergo judicium ex natura sua est actus mentis.

objectiones cum solutionibus.

objecies primo.

post veritatem evidenter cognitam, nihil super est, nisi ut mens conquietat in veritate cognita; ergo judicium non est actus mentis, sed mera quies animo. sibi complacentis in veritate cognita.

R.D.A.: nihil super est nisi ut mens in veritate cognita conquietat per actum positivum concedo. A. per meram actus negationem rego A..

unde per illas voces, conquietere in veritate cognita, duo possunt intelligi: primum est quod, post claram veritatis cognitionem, mens remaneat otiosa et nihil agens circa veritatem cognitam. secundum est quod mens veritati evidenter cognito assentiat per actionem veram, et realem, que tamen actio dicitur quies, eo quod illa actio sit finis comparandi ideas.

equidem post veritatem evidenter cognitam, nihil super est nisi ut mens per actionem veram conquietat in veritate cognita. Sed post veritatem evidenter cognitam, aliquid amplius super est quam ut per meram actus negationem conquietat in veritate cognita: super est enim aliquid pronuntiandum de percepta idearum comparatione.

aliqui proscile conquietere per meram actus negationem in veritate cognita, non est pronuntiare de percepta idearum comparatione: nam nihil agere circa perceptam idearum

comparationem, non est prouisitiare de percepta idearum comparatione; sed praeclarum quiescere per meram actus negationem in veritate cognita; est nihil omnino agere circa perceptam idearum comparationem ut liquet. ergo ~~ccc~~

propositio secunda.

judicium est functio mentis, quatenus est volens, non quatenus est intelligens.

probatur: vel judicium est actus mentis quatenus volentis vel quatenus intelligentis. atq. non est actus mentis quatenus intelligentis: mens enim, quatenus intelligens versatur circa solas intellectiones et cognitiones: atq. judicium non est intellectio aut cognitio; cum presupponat intellectu et cognitionem, quo sunt motivum judicii; iusta adagium istud: non est judicandum de rebus ignotis. ergo judicium non est functio mentis quatenus intelligentis sed quatenus volentis.

objectiones cum solutionibus.

objecies primo.

judicium est functio mentis intelligentis, ergo ~~ccc~~

R.N.A.: quandoquidem judicium est assensus vel dissensus: atque assensus vel dissensus non est functio mentis intelligentis, sed volentis: si quidem assensus est propensio ad aliquid, est approbatio aliquius veritatis cognitae: dissensus est aversio ab aliquo, est improbatio aliquius falsitatis cognitae: atque propensio et approbatio, ut potest quedam species amoris; aversio et improbatio, ut potest quedam species odii; sunt functiones mentis quatenus volentis tantum cum ad solam voluntatem pertineant omnes amores et odia; ergo judicium non est functio

mentis quatenus intelligentis.

et sane, illa functio pertinet ad mentem quatenus volentem, quo
semper est voluntaria et aliquando libera: atq. judicium semper
est voluntarium et aliquando liberum; quod sic probo. illud est
voluntarium quod fit cum propensione voluntatis; illud vero
est liberum, quod fit ex libera determinatione: atque judicium
semper fit cum propensione voluntatis, et aliquando ex libera
determinatione: rem sic probo, vel conjunctio aut separatio
icearum est evidens, tuncque mens in affirmationem aut
negationem libertissime festus; vel illa conjunctio aut separatio
est paulo obscurior, tuncque mens ex libera determinatione
affirmat aut negat, ut accidit in judiciis temerariis. ergo
omne judicium est voluntarium et aliquando liberum, ergo est
functio mentis quatenus volentis non quatenus intelligentis.

instabilis primo.

judicium est actus mentis quatenus versantis circa verum aut
falsum: atq. actus mentis quatenus versantis circa verum aut
falsum est actus mentis quatenus intelligentis; ergo judicium est
actus mentis; quatenus intelligentis.

R. D. MAJ: circa verum aut falsum judicandum concedo
MA: circa verum aut falsum intelligendum nego MA: equidem
mens, quatenus intelligens versatur circa verum aut falsum
intelligendum, percipiendum, cognoscendum. Sed mens quatenus
intelligens, non versatur circa verum aut falsum judicandum,
affirmandum aut negandum; cum enim affirmatio sit quoddam
species amoris, et negatio quoddam species odii, debent pertinere
ad mentem quatenus amat vel odit: atq. mens non amat vel

~~dit nisi quatenus volens; ergo~~
propositio tertia.

judicium proxime cedit in identitatem duarum idearum affirmandam aut negandam.
 probatur. judicium proxime cedit in id quod proxime cedit sententia mentis affirmantis aut negantis. atq. sententia mentis affirmantis aut negantis proxime cedit in identitatem duarum idearum affirmandam aut negandam; sic probo minorem: dum mens judicat sententia mentis affirmantis aut negantis proxime cedit in id quod proxime cadebat ex examen priusquam mens judicaret; atq. priusquam mens judicaret ejus examen proxime cadebat in identitatem duarum idearum affirmandam aut negandam, nam tunc mens se ipsa interrogabat, & se ipso querebat utrum esset identitas nec ne inter idearum; ergo dum judicat dum questioni respondet, dum proffert sententiam, sententia hoc proxime cedit in identitatem duarum idearum affirmandam aut negandam. ergo judicium proxime cedit in ~~modo~~

objectiones cum solutionibus.

objicies primo.

Sit istud judicium corpus A est equale corpori B; atqui non proxime cedit in identitatem sed in equalitatem inter corpus A et corpus B: ergo judicium ~~est~~

R. N. MIN: nam quando dicitur, corpus A est equale corpori B sensus est corpus A est aliquid equale corpori B: atq. evidenter judicium istud corpus A est aliquid equale corpori B, proxime cedit in relationem identitatis inter corpus A et aliquid equale corpori B; si quidem hoc judicium identificat attributum, nempe aliquid

equale corpori B, cum subjecto nempe corpus A: ergo ~~colle~~
instabis primo.

illud judicium proxime festur circa relationem subjecti ad attributum: atque relatio subjecti ad attributum non est relatio identitatis, sed equalitatis; ergo ~~colle~~

R·N·MIN· namque subjectum est corpus A, attributum est aliquid equale corpori B: atque relatio qua requiritur inter corpus A et aliquid equale corpori B, est relatio identitatis. quidem est relatio equalitatis inter corpus A et corpus B, sed non est relatio equalitatis inter corpus A et aliquid equale corpori B.

instabis secundo

relatio subjecti ad attributum est ea qua jungit attributum cum subjecto: atq in praedicto judicio, sola relatio equalitatis inter corpus A et corpus B jungit attributum cum subjecto; ergo ~~colle~~

R·N·MIN·: etenim relatio equalitatis non conjungit certe aliquid equale corpori B, quod est attributum, cum corpore A quod est subjectum. ergo ~~colle~~

instabis tertio

in illo judicio, relatio equalitatis conjungit corpus A cum corpore B; ergo in illo judicio relatio equalitatis conjungit attributum cum subjecto.

R·N· consequentiam et suppositum consequentia, scilicet quod in allato judicio corpus B, sit attributum. illud enim non est attributum, quod non affirmatur de subjecto: atq corpus B non affirmatur de subjecto, sed aliquid equale corpori B. ergo quavis in illo judicio relatio equalitatis conjungat corpus A cum corpore B, non sequitur relationem equalitatis conjungere attributum cum subjecto.

60.

propositio quartæ.

judicium formaliter sumptum est actus mentis simplex probatur: judicium, ratione sui est conjunctio aut separatio idearum: atque talis conjunctio aut separatio est actus simplex quod sic probo: conjunctio aut separatio idearum nullas habet partes: ideo enim vel totaliter conjunguntur, vel nullatenus; vel totaliter vel nullatenus separantur: ergo conjunctio aut separatio idearum est simplex, ergo et judicium formaliter sumptum est.

objectiones cum solutionibus.

judicium non est simplex ergo.

objiciens primo.

R.N.A: vel enim esset actus compositus ratione sui, vel ratione idearum, quas affirmando componit aut negando disjungit; atque non est compositus ratione sui; quia ratione sui dividiri nequit; aut totus dissensus aut totus continetur assendens: quis umquam divisit hanc copulam est? quis umquam divisit hanc particulam non? an illis quid simplicius excogitari potest? similiter non est actus compositus ratione idearum, quae in essentiam iudicii nullatenus ingrediuntur; ergo iudicium est actus mentis, et actus simplex:

instabilis primo.

judicium componitur ex ideis, ergo non est simplex.

R.N.A: si enim iudicium componeretur ex ideis non distingueretur ab ideis simul sumptis, cum totum non distinguatur a suis partibus simul sumptis: atque iudicium distinguitur ab ideis: etenim nonne ideo possunt esse in mente sine iudicio? an ne toties iudicamus quidem habemus ideas? iudicium ergo distinguitur ab ideis. ergo non ex illis componitur.

et vero, actus conjungens aut separans ~~ideas~~, non magis componitur ex ideis, quam actus conjungens aut separans lapides componitur ex lapidibus. quidem judicium semper presupponit ideas, cum ipsum sit conjunctio aut separatio idearum; sed illae idee presuppositae non sunt natura, non sunt constitutivum judicij; sunt tantum conditio sine qua non fit judicium; sunt materia circa quam, non vero materia ex qua fit judicium; proro res numquam componitur ex materia circa quam res versatur, sed tantum ex materia ex qua. ergo ~~De e~~

in statibus secundo.

tale est judicium internum, quale est judicium externum, seu propositio; atq; externum componitur ex ideis subjecti et attributi, ergo et internum ~~esse~~.

R·D·MAJ: tale est objective concedo maj. ratione sui nego maj. equidem judicium internum, et propositio qua est ejus interpres seu manifestatio, sunt quid idem objective, in eo sensu, quod habeant idem objectum ei que pariter convenient aut non convenient. sed non sunt quid idem ratione sui. caenam non sunt quid idem ratione sui quo non habent eandem essentiam: atq; judicium internum et externum non habent eandem essentiam cum forma unius sit diversa ab formâ alterius ergo ~~e~~

articulus secundus.

De proprietatibus judiciorum
notiones

notio prima.

primo judicium vel est conforme rei enuntianda, et tunc est verum; vel disforme, et tunc est falsum. vel de ejus veritate

menti constat propter aliquod motivum, et tunc est certum; vel non constat, et tunc incertum est. motivum autem, sive medium, est ratio qua ad judicandum ducimus.

Secundo nunc, ratione motivi certitudo seu firmitas assensus aut dissensus, est triplex, metaphysica, phisica, et moralis. prima est ea quo nos de re aliqua ita certos nos facit ut omnem prorsus dubitationem excludat, quaeque rem exhibet talem ut aliter nec esse nec concipi possit; eam certitudine certus sum totum esse maius sua parte. Secunda est illa quae certi sumus aliquid aut fuisse aut esse aut futurum, peritis naturae legibus; eam certitudine sumus certi solem et oriturum. tertia est quae non omnem equidem erroris suspitionem semper excludit, sed multo verissimius veritatem quam falsitatem habet adjunctam, quoque vulgo nititur hominum testimonio; sic certi sumus alexandron extitisse.

tertio inducer datur certitudo ^{objecti} et certitudo subjecti: prima est objecti immutabilitas, quantum ad partes ipsius componentes. Secunda est persona cognoscens in perturbabilitate orta ex motivo famo et laudabili.

quarto judicium evidens est assensus aut dissensus datus ob
stavarum perceptionem convenientie aut repugnante
idearum necessarie.

notio secunda.

primo judicium potest esse verum, et tamen non esse certum, si nempe de ipsius veritate non constet. potest quoque esse certum, et tamen non esse evidens, nempe si intellectus non percipiat necessariam convenientiam predicatum subjecto, ut sit in mysteriis fidei. et vero evidenter supponit certitudinem, certitudo veritatem. unde quidquid est evidens,

verum est, sed quidquid verum est, non est evidens.
pariter quidquid est certum est verum; sed quidquid est
verum non est certum.

Secundo omnia iudicia sunt aquae verae, sed non sunt
aque certae; cum res aliqua possit affirmari cum majori
aut minori certitudine, pro vi, pro momento, specie, et
numero argumentorum. tertio iudiciorum veritas non
subscipit magis et minus, bene vero eorum falsitas.

notio tertia.

primo primus et summus certitudinis gradus est intuitio
pura, seu evidentia, per quam novimus axiomata:
secundus est demonstratio, quo est argumentatio parviens
scientiam, seu cuius propositiones sunt verae et necessariae
connexae inter se. tertius est sensatio, seu impressio in
organis facta, ab objectis externis; hoc ubi judicandum est
de corporum existentiâ; eandem parit certitudinem quam
intuitio pura: sed ubi de corporum modis variisque
accidentibus est judicandum certitudinem parit tantum
modo phisicanum, et in insimo gradu. et ubi judicandum
est de naturâ rei verum sensibilium, nihil certitudinis
parit; ex relatione sensuum non est judicandum de naturâ
verum, sed tantum de earum convenientia aut
disconvenientia cum corpore nostro; cum verum natura
ipsius rebus internis, non possit attingi à sensationibus,
quo à deo sunt instituta, tanta ut condulari conservationi
corporis nostri. quartus certitudinis gradus est mera
probabilitas, quo nimirum argumentis non quidem
necessario veris, sed talem speciem veri prosserentibus; ut

mentis addens in unam potius partem inclinet quam in alteram; qualis est certitudo Sententia quo affirmat unam esse causam occasionalem studi marini.

Secundo debetur certitudo moralis iis factis quo sufficiente testimoniis numero comprobantur, ut si telosates omnes garumnam istis diebus fuisse congelatam affirmarent.

tertio probabilitas quo versatur circa facta, parit certitudinis gradus longe diversos, pro testimoniis numero, gravitate, vidu, conditis, constantia, credibili; maximè si eorum testimonio gravis contradixent. hinc multe sunt historie quo firmissimam fidem juve merentur. hinc religio christiana apostolorum testimonio invictè firmatur. libenter credo, inquit paulus, historias testimoniis sanguine consignatas. quarto ceteris denique certitudinis gradibus proterevicentiam longe prostat revelatio, quo est testimonium dei aliquid hominibus revelantis. hinc nostram eadem re fidem servare jubemus per ignes, per tela, per neces si occasio se dederit. revelatio autem fulta est summa dei veracitate, quo ipsa innititur evidencia.

notio quartæ.

prædictis certitudinis gradibus acquirentis opponuntur præcipui errorum fontes, præcipitatio, præjudicium, commotiones animi et corporis, sensatio et imaginatio, de quibus coram agemus. his positis quo sint judicandi motiva motivica sequentes dicent.

propositiones

videntia est ^{propositio prima} motuum infallibile judicandi probatur illud est motuum infall. judicandi quod

necessario connectitur cum veritate iudiciorum quae ipso innituntur: atq. evidenter necessario connectitur cum veritate iudiciorum quae ipsa innituntur; quod sic prologo quid est evidenter? nihil aliud quam perceptio clara et distincta convenientia necessaria aut inconvenientia necessaria attributi cum subjecto; atq. hujusmodi perceptio necessario connectitur cum veritate iudiciorum quae ipsa innituntur; nam iudicia evidenter innixa affirmant subjecto necessaria convenire attributum, cuius convenientia necessaria cum subjecto clare percipiatur, vel negant subjecto convenire attributionem cuius inconvenientia necessaria cum subjecto clare percipita est: porro hujusmodi iudicia necessario vera sunt, cum affirmant affirmanda aut neganda negant. ergo eee. ergo eee.

propositio secunda.

ista propositio quidquid clare percipitur verum, est primum certitudinis principium in iis quo spectant ad rem essentias. probatur. illud est primum certitudinis principium in iis quo eee per quod nobis infallibiliter et ultimo probamus veritatem in iis quo spectant ad verum essentias; atqui per hanc propositionem, quidquid clare percipitur, nobis infallibiliter et ultimo probamus veritatem in iis quo spectant ad verum essentias; hoc modo:

quidquid clare percipitur verum est.

atq. clare percipitur triangulum verbis et constare tribus lateribus et tribus angulis.
ergo verum est triangulum constare tribus lateribus et tribus angulis.

objectiones cum solutionibus.

objicies primo.

Si quicquid percipitur verum est ergo res est in se qualis percipiatur
 atque res non semper est in se qualis percipitur: si quidem non
 valet conclusio a statu idealis ad statum realem; ergo dico
 R. D. SEQUELAM MAJ: ergo res est in se sicutem possibilis quomodo
 percipitur, concedo. ergo res est in se semper existens quomodo
 percipitur, nego. fateor non semper valere conclusionem
 a statu idealis ad statum existentia realem, praedictum si
 agatur de rebus contingentibus: si quidem idea objecti
 contingentis non representat objectum suum tamquam
 actus existens. at vero nego non valere conclusionem a
 statu verum idealis ad statum existentia possibilis. namque
 valet conclusio a statu idealis ad statum existentia possibilis,
 si ex eoque habetur idea alicuius rei sequitur certe rem illam
 esse possibilem extra mentem: atq. ex eo quod habetur idea
 alicuius rei sequitur certe rem illam esse possibilem extra
 mentem, non enim datur idea rei impossibilis; ergo dico

Scholium:

evidentia est infallibilis per se et independenter a divina
 veritate: namque independenter a divina veritate
 constat infallibilitate, bis bina dare quatuor, totum esse
maius sua parte.
 et sane id quod solo constat deum esse veracem, non potest
 certe mutuari suam certitudinem et infallibilitatem a dei
 veritate. alioquin fieret circulus vitiosus dum evidentia
 certa esset per divinam veritatem et divinam veritatem per
 evidenciam: atq. sola evidentia constat deum esse summe
 veracem; ergo evidentia non potest mutuari suam
 certitudinem et infallibilitatem a divina veritate.
 propositio tertia.
 revelatio divina est motivum infallibilem judicandi.

probatur: revelatio divina est testimonium entis summe veri et summe veraci: atq. hujusmodi testimonium est motuum infallibile judicandi: ens enim summe verum et summe verax est ens quod nec falli potest nec fallere; atq. testimonium entis quod nec falli potest nec fallere est motuum infallibile judicandi, ut evidens est. ergo ~~eeee~~

COROLLARIVM PRIMUM.

ergo auctoritati divina debetur assensus etiam in his quae sunt supra rationem.

probatur: namque debetur assensus auctoritatis supremæ et infallibili proponenti res credendas etiam supra rationem positas: atq. auctoritas divina est auctoritas supremæ et infallibilis. ergo ~~eeee~~

hinc patet quam mevito fideles christiani redigant in captivitatem intellectum omnem in obsequium christi, ut ait apostolus.

COROLLARIVM SECUNDUM.

ergo dantur veritates supra rationem.

probatur: mysteria religionis christiana sunt totidem veritates. cum illa revelaverit deus summe verus et summe verax: atq. mysteria religionis christiana sunt supra rationem alioquin non essent mysteria, ergo ~~eeee~~

OBSEVATIO.

increduli qui religioni nostre deregant fidem, principii loco ponunt, id omne quod est supra rationem eo ipso esse contra rationem. quas probter operæ paretum est paulo fudius demonstrare dari posse veritates supra rationem positas, quas ipsimet increduli velint nos tenentur agnosceve. sicutim semel demonstretur dari veritates supra rationem positas, hoc ipso demonstratum remanebit id omne quod est supra rationem non esse contra rationem. sit itaque

Demonstratio.

Primo de infinito, infinito possunt fieri propositiones verae. Porro humana ratio, ut pote finita, non potest attingere veritatem infinitarum numero propositionum quae possunt fieri de infinito; ergo dantur veritates supra rationem posite.

Secundo ex veritatibus quas novit divina mens profecto plurime nusquam sunt cognoscibiles humanae mentis tantum enim distare debent divinae cogitationes à cogitationibus humanis, quantum ens divinum distat ab ente humano. Porro distinctione entis divini ab ente humano est infinita. ergo pariter infinito intervalllo distare debent cogitationes divinae à cogitationibus humanis ergo plurime sunt, in modo infinitae veritates quas novit divinamens quae sunt supra rationem humanam posite.

Tertio quotidie experimur dari veritates etiam in ordine naturali. Sic quotidie agnoscitur etiam ab incredulis veritas istud propositionis, existit aliquid ab eterno; attamen eternitas humanae rationi abyssus est ipsique prouidus impervia. Sic quotidie a demonstratur hec propositione, materia est sine fine divisibilis; attamen illa materia divisibilitas in infinitum fuit usque et usque erit inextricabilis labyrinthus. Sic quotidie geometro demonstrant infinitas de circulis et tangentibus veritates, quae non possunt alias cum aliis conciliare. ergo ~~et et et et~~

Porro si vel in rebus naturalibus, sic experimur humanae mentis angustias; quanto magis agnoscendum erit plures esse posse in rebus supernaturalibus veritates, quae supererent mentis humanae intelligentiam. ergo ~~et et et et~~

objectiones cum Solutionibus.

objec~~s~~ primo.

Mens non debet assentiri ei quod non videt: mens non videt quod sunt supra rationem ergo mens non debet assentiri iis quod sunt supra rationem.

